DISSERTATIO HISTORICO-THEOLOGICA

DE

ZELO POMERANORUM

ADVERSUS

REFORMATOS.

QVA

STATUTA ATQVE DECRETA PRINCIPUM,

ACTAQVE THEOLOGORUM POMERANIÆ ADVERSUS REFORMATOS,

EX MONUMENTIS HISTORICIS RECENSENTUR,

SIMULQVE

CONTRA VIRUM CLARISSIMUM,

DN. CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIUM,

THEOLOGUM ATQVE CANCELLARIUM ACADEMIÆ TUBINGENSIS CELEBERRIMUM,

FUNDAMENTALIS DISSENSUS LUTHERANORUM ET REFORMATORUM RECENTISSIMORUM

ASSERITUR.

AUCTORE

L. JAC. HENR. BALTHASARE,

S. THEOL. IN ACAD. GRYPHICA PROF. CONSISTORII REGII ASSESS. ET AD D. JACOBI PASTORE.

GRYPHISWALDIÆ,

ANNO MDCCXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Celſiſſimoque
COMITI ac DOMINO,
DOMINO
JOHANNI AUGUSTO
DE MEYERFELD,
S.R.M. Sveciæ Regnique Senatori
ſplendidisſimo, Pomeraniæ Svecicæ
& Rugiæ Proprincipi, nec non Univerſitatis
Gryphicæ Cancellario Magnificen-
tiſſimo,

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO;

CÆTERISQVE
Perilluſtri, Illuſtribus Generoſiſſimisque
DOMINIS
REGII REGIMINIS
COLLEGII
PER POMERANIAM SVECICAM ET RUGIAM
ASSESSORIBUS AC CONSILIARIIS GRA-
VISSIMIS,

DOMINIS SUIS ÆSTIMATISSIMIS,

Digitized by Google

HANC DISSERTATIONEM,

IN

RELIGIONIS PURIORIS,

ANTIQVÆ POMERANORUM FIDEI,

LIBERTATISQVE THEOLOGICÆ

COMMENDATIONEM,

cum voto omnigenæ ſalutis ac proſperitatis,

ſub auſpicium Anni MDCCXXII.

quem felicem fauſtumque eſſe jubeat

DEUS BENIGNISSIMUS,

STRENÆ LOCO

offert

TANTORUM NOMINUM

Cultor obſervantiſſimus,

L. JAC. HENR. BALTHASAR.

I. N. J.

De ZELO POMERANORVM ADVERSUS REFORMATOS.

PRÆFATIO.

QVi rerum, præteritis, & hoc ipſo, quo vivimus, ſeculis in eccleſia geſtarum, aliquam ſibi comparavit notitiam, ei non poteſt eſſe ignotum, quanto ſtudio, tam ex ***Lutheranorum***, quam ***Reformatorum*** parte, Viri celeberrimi unionem Proteſtantium eccleſiarum promovere tentaverint, ſive mutuam, ut loqui amant, tolerantiam eccleſiaſticam, qua, ſepoſito calamo polemico, utraque pars à condemnationibus abſtinet, iisdem in communione utitur Sacramentis, & denique ſe invicem fratres in Chriſto agnoſcit, ita tamen, ut nihilominus utraque pars receptas ſervet teneatque hypotheſes, quamvis è diametro ſibi oppoſitas. Nec minus conſtabit Hiſt. Eccleſ. Studioſo, cum ex dictamine verbi divini propriæque conſcientiæ facile intellexerunt iidem viri doctiſſimi, abominabilem DEO fore unionem partium in fundamento fidei diſſidentium, idcirco eos ſuarum ſimul partium eſſe crediditſe,

Digitized by Google

ſimpliciter negare, dari inter Lutheranos & Reformatos fundamentalem diſſenſum, vel, quod idem eſt, Reformatos fidei fundamentum evertere. Quod licet multis magnisque voluminibus defendendum ſuſceperunt, obſervabit tamen rerum eccleſiaſticarum peritus, oleum, quæ DEI O. M. gratia eſt, atque operam hactenus perdidiſſe Syncretiſtas omnes, excitatis ſubinde in eccleſia noſtra viris cordatis ingenuisque, qui, fraude Syncretiſtarum detecta, juſtum adverſus *Reformatos* zelum nobis ſartum conſervarunt tectumque. Et his quidem in re turpi hactenus fruſtra ſæpius ſuſceptis laboribus quemlibet facile ſeſe deterreri paſſurum videbatur, ne eadem inutili operâ vel ſibi moleſtiam crearet, vel eccleſiæ, *Indifferentiſtarum*, *Fanaticorum*, *Enthuſiaſtarum* deliriis eheu! jam ſatis afflictæ, novum præberet ſcandalum. Nihilo tamen minus contrarium experientia edocemur, cum non ſine gravi piorum hominum dolore, his quoque noſtris diebus, quosdam ſurgere videmus viros, ad fallendum imperitos ſatis aptos, utpote & eruditione, & eloquentia, & munerum dignitate conſpicuos, qui Proteſtantium unionem, ſive mutuam eccleſiaſticam tolerantiam denuo urgere, eorundemque fundamentalem diſſenſum prorſus inficiari haud verentur. Primo loco ex noſtræ eccleſiæ doctoribus commemorandus eſt Dn. C. M. Pfaffius, Acad. Tubing. Theol. atque Cancellarius celeberr. qui inprimis hac noſtra ætate variis editis ſcriptis unionem ſvadere diſſenſumque fundamentalem negare auſus eſt. Primum, quantum nobis conſtat, hoc egit A. 1718. in Diſp. *de Fidei Chriſtianæ articulis fundamentalibus, ejusq; analogia*, Tubingæ evulgata, *Obſ. 12. p. 35.* Deinde in lucem emiſit *Inſtitutiones Theologiæ dogmaticæ & moralis*, *A. 1718.* inchoatas, ſequente vero anno impreſſas, in quibus *p. 265. ſqq. 390. ſqq. 751. ſqq.* prolixius idem tractavit argumentum. Secutum eſt A. 1720. ejusd. *Alloquium Irenicum ad Proteſtantes*, hortatu illuſtriſſimorum virorum, qui Ratisbonæ negotia Evangelica curant, ſcriptum, ut ipſe refert in Or. *de Cautelis* &c. *p. 8. 9.* in Germ. etiam lingvam translatum ſub tit. *Näher Entwurff von der Vereinigung der Proteſtirenden Kirchen*, quo argumentum hoc

ex inſtituto perſequitur. Porro hoc ipſo anno 1720. conſilia ſua defendere ſuſcepit Diſſertatt. aliquot irenicis de *Influxu dogmatum Reform. de Prædeſtinatione abſoluta*, *S. Cœna & Communicatione idiomatum*, *in praxin fidei quanto & quali?* nec non Diſp. *de Eo, quod juſtum & æqvum eſt circa imputationem conſequentiarum Theologic.* &c. Poſtremo vero Orat. publica *Cautelas* quaſdam recenſuit, *circa conſilia irenica, unionem Proteſtantium eccleſiaſticam ſpectantia, obſervandas*, cum aliis Oratt. A. 1721. impreſſa, qua omnia ea repetiit atque defendit, quæ hactenus pro Syncretiſmo promovendo ſcripſit. Non eſt, quod dubitemus, conſilia *Pfaffiana* ab aliis rerum novarum ſtudioſis cum applauſu avideque fuiſſe apprehenſa. Suo ex noſtratibus hoc prodidit exemplo PFAFFII affinis JO. CHRISTOPH. KLEMM, Gr. & Or. Lingv. in Acad. Tub. Prof. edito jam A. 1719. ſcripto Germ. *Die nöthige Glaubens-Einigkeit der Proteſtantiſchen Kirchen, auch nach denen ſelbſt beliebten Principiis der ſo genannten Lutheriſch und Orthodoxen Lehrer, mit einen einigen Beweis-Grund dargethan*, quod Ao. ſeqv. ex mandato illuſtriſſimorum virorum, ut titulus habet, in latinum convertit ſermonem h. t. *Schediaſma irenicum, h. e. Neceſſaria eccleſiar. Proteſtantium in fide conſenſio, ex propriis Principiis Doctorum Lutheranorum, eorumq; rigidiſſimorum, unica demonſtratione evicta.* Non minus vero ex *Reformatorum* ordine, hac noſtra ætate, quidam negotium hoc ſummo promovere ſtudio conniſi ſunt. Ipſe PFAFFIUS *im nähern Entwurff* affert JO. ALPH. TURRETTINI, Theol. Genev. Orat. *de Componendis Proteſtantium diſſidiis*, & SAM. WERENFELSII, Theol. Baſil. *Gedancken von der Vereinigung*, ſive *Conſiderationes generales de ratione uniendi eccleſias Proteſtantes*, à TURRETINO laudatas in Diſp. mox citanda *p. 53.* Addimus jam ejusdem TURRETINI *Nubem Teſtium pro moderato & Pacifico de rebus Theologicis judicio, & inſtituenda inter Proteſtantes concordia*, cui præmiſſa eſt *brevis & pacifica de articulis fundamentalibus diſquiſitio, qua ad Proteſtantium pacem, mutuamq; tolerantiam via ſternitur. Frf. & Lipſ. 1720.* nec non ANON. *Einhellige und tröſtliche Grund-Lehre der Proteſtirenden Kirchen, ſamt einer Vermahnung und Gebet. Zürich, 1720.* CÆSANDRUM lubens prætereo, contra quem calamum ſtrinxit ESDR. HENR. EDZARDI, *Hamb. 1721.* TURRETINUS vero de PFAFFII inprimis conſenſu gloriatur, in *Præf.*

Digitized by Google

Nubis p. 15. ſcribens: *Ex ejus conſenſu atque ſuffragio eam ſe percepiſſe voluptatem, qua major dari in eo rerum genere non poteſt.* Cæterum Theologos Reformatos ab Archiepiſcopo Cantuarenſi, Angliæ Primate, Dn. Gvil. Wake, excitatos fuiſſe, vero videtur ſimile, qui literis humanisſimis ad Paſtores & Profeſſores Genevenſes, nec non univerſos Helvetiæ Reformatæ Paſtores & Doctores ſcriptis, ad unionis negotium proſequendum eos hortatus eſt. Inde etiam ipſe Turretinus Archiepiſcopo ſuam *Nubem Teſtium* inſcripſit. Videatur hæc ipſa *Nubes p. 155. 158.* ubi Archiepiſcopi literæ cum reſponſoriis Theologorum Genevenſium exhibentur. Add. *Biblioth. Hiſt. Philol. Theol. Brem. Claſſ. 3. faſc. 6.* ubi & Tigurinorum & Baſileenſium reſponſiones recenſentur. Omnium argumenta exhibet Auctor *der Leipziger neuen Zeitungen von gelehrten Sachen*, 1720. *p. 706. ſq.* Qui etiam *p. 693. 694.* ejusdem anni, & A. 1721. *p. 200.* refert, mirifice hoc Reformatorum & Pfaffii inſtitutum Celeb. Clerico placuiſſe *Tom. XII. P. I.* & *Tom. XIV. Bibliotheque ancienne & moderne.* Nec quicquam dubito, fore plures alios, qui, quæ hujus ſeculi eſt infelicitas, indifferentiſtico Spiritu agitati, his omnibus ſuum facile calculum ſint addituri. Longe autem alia mens eſt ſinceris divinæ veritatis cultoribus, qui non ſolum divina inſtructi ſapientia verum à falſo diſcernere norunt, ſed DEUM quoque timentes merito crimini ducunt, graviſſimos adverſariorum errores excuſare, vel lucis atque tenebrarum communionem probare, qui potius publice & privatim recenſitis hactenus recentiſſimorum Syncretiſtarum conſiliis mature contradixerunt. In Jenenſi nimirum Academia celeb. ſummeque venerabilis Theologus D. M. Förtschius ſolenni Oratione, cum Rectoralè munus auſpicaretur, Pfaffii rationes ſub examen vocavit, quæ tamen, quantum nobis conſtat, lucem nondum vidit. Idem in Collegio privato præſtitit alter iſtius Academiæ Theologus celeb. ſingulare patriæ noſtræ decus ac ornamentum, Dn. Jo. Fr. Buddeus, referente auctore *des Briefwechſels Hn.* D. S. E. Cypriani *und Hn.* D. C. M. Pfaffii, *p. ult.* qui auctor & ipſe diſſenſum ſuum teſtatus eſt. Non minus Pfaffio ejusque affini contradixerunt Celeb.

Celeb. AUCTORES *der unſchuld. Nachrichten A. 1719. P. 5. p. 889. & 892.* Denique meritiſſimus Theol. Gothanus SAL. ERN. CYPRIANUS privata epiſtola PFAFFIUM, ne cœptum perſequatur negotium, dehortatus eſt, vanitate conſiliorum irenicorum ſolide demonſtrata. Quam, cum in *Novis literariis Lipſienſ. A. 1720. p. 164.* publici juris facta eſſet, reſponſione quidem excepit PFAFFIUS, *Hexadi Orationum*, nuper editarum, ſubjuncta, alibique impreſſa, qua tamen nihil magis prodidiſſe videtur, quam animum fraternæ correptionis impatientisſimum. Quæ ESDR. HENR. EDZARDI contra PFAFFIUM ut & WERENFELSIUM atque TURRETTINUM diſputat, annexa ſunt *der abgedrungenen Vertheidigung wieder den Ströhernen Goliath in Holland p. 50. ſqq.* Noſtra quoque Eccleſia Pomeranica, & inprimis Facultas hujus Acad. Theologica, in hunc usque diem Reformatorum errores omniaque Syncretiſtarum conſilia merito eſt deteſtata. Quod cum ad animum revocarem, æqvum eſſe duxi, ut hoc quoque tempore publicum diſſenſus noſtri teſtimonium extet. Cum itaque anno 1720. *Lect. Curſor.* de *Quantitate gratiæ divinæ ex Tit. II. 11.* differendum eſſet, intermittere non potui, quin ſimul contra PFAFFIUM oſtenderem, Reformatos in Art. de *Gratia DEI* adhuc fundamentum fidei ſpeique ſalutis evertere, nec itaque ſalva conſcientia, ſalvaque animarum ſalute, unionem eccleſiaſticam nos cum illis inire poſſe. Idem anno præterito 1721. *Lectionibus ordinariis publicis* denuo S. Theol. cultoribus pluribus expoſui, ſimulque, quis majorum noſtrorum, veterum Pomeranorum, erga Reformatos affectus fuerit, docui. Jam publica Diſputatione Academica idem argumentum repetere placet, ita, ut Sectione *priore hiſtorica* Principum atque Theologorum Pomeraniæ, & ſpeciatim hujus Academiæ, acta atque affectum adverſus Reformatos exponam, *altera* vero *Theologica* juſtitiam eorundem ſolide demonſtrem, hoc inprimis evicturus, quod Reformatorum errores adhuc hodie fidei ſpeique ſalutis fundamentum lædant, unde porro injuſtitia mutuæ tolerantiæ, ſ. unionis eccleſiaſticæ Proteſtantium clariſſime elucefcet. Quod ut feliciter evenire jubeat D. O. M. ea, qua fas eſt, reverentia atque humilitate rogo.

Sectio I. Historica.

§. I.

EX quo tempore purior Evangelii doctrina Pomeraniæ reddita eſt, quod miniſterio Joh. Knipstrovii, Jo. Bugenhagii, Pauli à Rhoda aliorumque, ſub auſpiciis Celſiſſimorum Pomeraniæ Ducum, Barnimi Sen. & Philippi I. A. 1518. 1520. & præcipue 1534. in comitiis Treptovianis factum, tam Principum quam Theologorum hæc præcipua cura fuit, ut eam incorruptam conſervarent poſterisque traderent. Quod cum fieri haud potuit, niſi hæreſibus quibuscunque, ſubinde exortis, mature obex poneretur, omnibusque illarum defenſoribus liberum in eccleſiis hiſce denegaretur hoſpitium, idcirco graviſſimo ſemper adverſus falſa dogmata falſosque Doctores uſi ſunt zelo, tam *Doctores*, voce & ſcriptis arguendo, conſiliaque ſaniora conferendo, quam *Principes*, hæreticorum conatus ſalutaribus mandatis promeritisque pœnis ſupprimendo. Unde etiam per DEI gratiam factum, quod de ſolius purioris Evangelico-Lutheranæ doctrinæ publico exercitio gloriari potuerit patria dilectiſſima, quamdiu Sereniſſ. Ducum, & Potentisſimorum Sveciæ Regum dominio ſubjecta fuit. Quod ut ei proprium eſſe velit ſupremus eccleſiæ moderator, humillima mente precor. Cæterum, quo affectu alias hæreſes aliosque falſos doctores proſecuti ſunt Pomerani, eundem ipſi quoque Reformati, olim *Sacramentarii*, *Zwingliani* vel *Calviniani* dicti, eorumque errores experti ſunt.

§. II.

Anno 1527. M. Paulo à Rhoda, primo Superintendenti Gen. Stetinenſis circuli, ſcripto certandum fuit cum quodam Papicola, Stetini pro Miſſæ abuſibus pugnante. Qua occaſione, ob argumenti convenientiam, realem quoque præſentiam C. & S. C. in S. C. egregie defendit, referente Cramero *Lib. 3. Chron. Eccleſ. Pom. f. 66.* Hoc ipſo autem Sacramentariorum

erro-

errores, tum temporis longe lateque in eccleſia graſſantes, damnare voluiſſe RHODIUM, vel inde liquet, quod contra hominem Pontificium pro vera ac reali præſentia diſputare haud erat opus, ſed ea tanquam utrinque conceſſa ſupponi poterat. Hic itaque primus fuit Reformatorum antagoniſta in Pomerania publicus. Eundem adverſus eos zelum oſtendit JO. KNIPSTROVIUS, Wolgaſt. circuli Superintendens Gen. & Paſt. t. t. Sundenſium. Cum enim, *Anabaptiſtis* atque *Sacramentariis* per Germaniam graviſſimas excitantibus turbas, Urbes quædam Hanſeaticæ A. 1535. conventum Theologorum indixiſſent, Hamburgi celebrandum, eorum ſententias exquiſituræ, qua ratione eccleſiæ harum urbium â veneno hominum iſtorum conſervari poſſent incolumes, juſſu civitatis Sundenſis KNIPSTROVIUS quoque adfuit Theologis congregatis, nominis ſubſcriptione probans conſilia atque decreta ſcripto conſignata, quibus inter alia ſtatutum erat, Sacramentarios, propter impia quæ diſſeminabant dogmata, non eſſe in aliqua harum civitatum tolerandos. Vid. CRAMERUS *l. c. f. 93. 94.* Hoc ipſo Anno 1535. Wittebergæ prodiit prima *Ordinatio Eccleſ. Pom.* a BUGENHAGIO conſcripta, quinque plagûlis conſtans, qua inter alia Miniſtris eccleſ. injunctum eſt, ut ſincere doctrinam de Sacramentis tradant, & de baptismo quidem, *quod vere ſit lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus S.* de S. C. autem, *quod in ea accipiantur verum corpus & verus ſangvis Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Utrumque vero â *Sacramentariis* tum temporis negabatur, docente LÖSCHERO *in der ausfürl. Hiſtoria motuum,* nec hodie â Reformatis concedi poteſt, quamdiu *Catechiſmus Palatinus* ejusque *qv. 72. 73. 76. 79. 47.* publicam in illorum eccleſiis obtinent auctoritatem. Sic ergo non privati ſaltem Doctores, ſed ipſi Principes, quorum auctoritate Ordin. eccleſ. prodierat, ſtatim ſub initio naſcentis eccleſiæ *Sacramentariorum* errores damnarunt.

§. III.

Idem factum eſt â Principibus A. 1556. Cum enim præcedente anno Proteſtantibus, invariatæ Aug. Conf. addictis, pace religioſa publicum liberumque religionis exercitium in Imperio Rom.

Digitized by Google

Rom. Germ. conceſſum eſſet, excluſis Sacramentariis aliisque ab Aug. Conf. & Romano Catholica fide diſſidentibus ſectis, Principes Pomeraniæ, habitis Stettini comitiis, publico promulgato edicto, confirmato denuo ſolius Evangelico Lutheranæ doctrinæ exercitio, Sacramentariorum dogmata, ſub pœna gravisſimæ vindictæ, ab auctoribus ſ. fautoribus deprehenſis ſumendæ, imo perpetuæ relegationis, è Provincia proſcripſerunt. Vid. Cramervs *l. c. f. 126.* Atque hæc prima *lex fundamentalis* (†) eſt Patriæ noſtræ contra Reformatos, ad quam ſequentibus annis ſemper provocatum eſt, in *Præf. Ord. Eccl.* item in *Præf. der Bekäntnis und Lehre der Kirchen in Pommern* alibique. Theologi inprimis eam ſibi ſtatuerunt normam judiciorum ſuorum in controverſiis Theologicis ferendorum. Ideoque, cum A. 1558. (quo malleus Calvinianorum Jac. Rungius, vir de eccleſia noſtra immortaliter meritus, Wolgaſtano jam præerat circulo, ad Superintend. Gen. dignitatem A. 1556. promotus,) famoſiſſimi illi *Articuli Francofurtani*, ad componenda diſſidia, in eccleſiis Lutheranis poſt obitum Lutheri exorta, à Phil. Melanchthone conſcripti, Pomeraniæ Ducibus traderentur, qui Theologorum ſuorum judicio ea ſubjicerent, hi ipſi Theologi, in Synodo congregati, ingenue declararunt, (non obſtante ſingulari, quo alias Melanchthonem proſequebantur affectu, inprimis ex actis Form. Conc. conſpicuo,) ſeſe de traditis Articulis haud poſſe conſentire, maxime, quod Art. *de Cœna* adeo ambiguus & obſcurus eſſet, ut vel ipſe Calvinus eum facile admittere poſſet, qui tamen falsiſsima de S. Cœna, præſentia corporis Chriſti & dextra Dei, foveat dogmata, quæ ſimpliciter rejiciunt. Vid. Cramerus *l. c. f. 142.* & ex eo Rango in *Hiſt. Syncretismi p. 696. ſqq.*

(†) Hanc legibus Principum noſtrorum, religionis exercitium in Patria noſtra ſpectantibus, auctoritatem tribuit BOGISLAUS XIV. apud B. KRAKEVITZIUM in der Warnung für Calviniſche Lehre und Neuerung *p. 126. ed. ſecunda*, & ipſe glorioſiſſ. mem. Rex Sveciæ CAROLUS XI. in der Pommeriſchen Regiments-Verfaſſung *Tit. I.*

§. IV.

§. IV.

Anno quidem 1561. in *conventu Naumburgenſi* Pomerani per legatos ſuos, Comitem LUDOVICUM AB ERBERSTEIN & DN. CHRISTIAN KUSSAU, nec non Theologum CHRISTOPH. STYMMELIUM, Paſtorem ad D. Mar. & Profeſſ. Pædagogii Stettin. longe meritiſſimum, in Præf. ad Imp. FERDINANDUM, Auguſtanæ Confeſſioni, Imperatori denuo offerendæ, præmiſſa, probarunt variatam atque corruptam editionem A. C. A. 1540. quod ex G. P. HÖNN *Hiſtoria Conventus Naumburg. p. 105. 106. & p. 113. 115.* conſtat. Eodem etiam anno 1561. CORPUS DOCTRINÆ POMERANICUM adornarunt, referente CRAMERO *l. c. f. 157.* quo maximam partem MELANCHTHONIS ſcripta (quod ſine dubio ex nimio erga MELANCHTHONEM affectu factum, plerique enim Pomeraniæ Theologi t. t. MELANCHTHONIS diſcipuli fuerant.) tanquam norma doctrinæ (*) recepta ſunt, ab orthodoxis tamen quibusvis ſæpius Crypto-Calviniſmi aliorumq; errorum accuſata, unde ipſi quoque Stettinenſes Sacramentarii ſequentibus annis ad hoc Corpus tanquam aſylum ſe receperunt. Minime tamen inde colligere licet, jam tum zelum Pomeranorum adverſus Calvinianos vel quicquam remiſiſſe. Contrarium potius ex eo manifeſtum eſt, quod ille ipſe STYMMELIUS, qui Naumburgico conventui interfuit, cæterique Corporis Doctrinæ collectores, & ex his inprimis JAC. RUNGIUS, acerrimos ſemper ſe exhibuerint Sacramentariorum Stettinenſium oppugnatores, nec Pomerani Corpus Doctrinæ ſuum, ipſamque variatam Aug. Conf. alio ſenſu receperint, quam eo, qui menti LUTHERI ejusque ſcriptis conformis erat. Tum temporis enim nondum didicerant Patres noſtri, MELANCHTHONEM in controverſiis Sacramentar. à ſana LUTHERI doctrina receſſiſſe. Quare etiam STYMMELIUS adhuc A. 1576. duabus concionibus de *S. Cœna*, Frf. ad M. impreſſis, conſenſum LUTHERI & MELANCHTHONIS in hoc Art. defendere ſuſcepit. Quod cum improbaſſent Auctores Form. Conc. Commentaria MELANCHTHONIS in *1. Corinth. XI.* & in *Malach.* item *Epiſt.* ad FRIDERICUM Elect. Palat. *in cauſa* HESHUSII & KLEBITZII objicientes, iterum regeſſit STYMMELIUS, MELANCHTHONIS ſcripta dextre & juxta

jam ſatis eſſe proſpectum atque conſultum. Vid. CRAMERUS *l. c. f. 176. 177.* Plura habet RUNGIUS in *Actis Synod. MSt. p. 53. b. ſqq.* lectu digniſſima. (*)

(*) Nos unicam ſaltem excerpemus querelam, qua dicunt Theologi: Es iſt am Tage und unlaugbar / daß viele weltliche Perſohnen / ſonderlich ſo ſtudiret haben / ohne Scheu vom Heil. Sacrament / und allerley Opinionen wieder reine Lehre und gute Ordnung in unſern Kirchen diſputiren / mit Verunglimpfung der Prediger und des gantzen Miniſterii, welches Ubel in gemein in Fürſtl. Höfen / bey vielen von Adel / in Städten / in Rathhäuſern und Bürgern einreiſſet / und ein gewiſſes Zeichen iſt / daß GOtt ſeine Warheit wolle wegnehmen / und groſſe Veränderung erfolgen werde. Addit. RUNGIUS: Darumb hat der Synodus mit unterthänigen fleiſſigen Bitten u. g. Fürſten und Herrn heimgeſtellet / ob J. F. G. das Mandat, ſo A. 1556. durch beide regirende Landes-Fürſten / Hertzog BARNIM den ältern / und Hertzog PHILIPSEN wieder die Sacramentirer publiciret worden / und in der Vorrede der Kirchen-Ordnung geſetzet iſt / itzo aber bey männiglich in vergeſſen geſtellet würde / wolten renoviren / in Kirchen von denen Kantzeln verkündigen laſſen / oder in ander wege ſolcher unchriſtlichen / ärgerlichen / ſchädlichen Leichtfertigkeit ſteuren und wehren. Denn wo ſolches nicht geſchähe / würde ein groß Ubel hiedurch in dieſer Kirchen und Landen erfolgen / daß Weltleute / ſo zu Sacramentiriſcher Lehre Luſt haben / wenn man ohne Einſehung alles durch einander gehen läſſet / die Länge Gelegenheit gewinnen / vergeſſene Prediger oder Theologen an ſich zu hängen / und ſolch Feur / als man in der Pfaltz itzo ſiehet / hie auch bey uns anzuzünden. Quæ ob ſequentem belli Sacramentarii hiſtoriam notari merentur.

§. VII.

Anno 1569. prodierunt *Agenda eccleſiaſtica*, à RUNGIO recognita atque aucta, quod ipſe teſtatur in *Actis Synod. MSt. f. 60. a. 61. b. 63. a.* Illis *p. 373.* inſeruit RUNGIUS egregiam, à ſe contextam, (ut ſcribit in *Diſp. ſuper hac Confeſſ. A. 1582.* habita) *Confeſſionem de vera præſentia corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti in Sacramento Altaris, cantandam ſub ſacra communione: O ſacrum convivium* &c. Sudes quidem illa fuit in oculis Sacramentariorum, (†) inprimis Stettinenſium, ab orthodoxis tamen, tanquam luculentiſſimum Pomeranicæ ὀρθοδοξίας teſtimonium, magno cum applauſu recepta. Unde etiam Wittebergenſes A. 1644. eam *dem gründlichen Beweis, daſs die Calviniſche Irthümer den Grund des Glaubens betreffen, und der Seeligkeit*

nach

nachtheilig ſind, & quidem *Appendici teſtimoniorum* inſeruerunt. – Ut vero LUTHERI quoque ſcriptorum, antea à Theologis §. 6. commendatorum, major eſſet in Pomerania copia, unde eccleſiarum miniſtri, & ipſi quoque Politici, argumenta Sacramentariis opponenda diſcerent, Principes A. 1573. ſcripta LUTHERI polemica contra Sacramentarios ſucceſſive edita, uno volumine Stettini idiomate Pomeranico inprimi curarunt, præfixo mandato, quo, damnatis denuo Sacramentariis, repetitisque edictis olim promulgatis, accurata diligensque horum librorum lectio injungitur. Et, ne Paſtoribus exemplaria deeſſent, Superintendentes ſine mora in Synodis ea diſtribuerunt. Vid. CRAMERUS *l. c. f. 189.* & *Synodologia Anclamenſ.* à B. MATERO noſtro è MSto editæ, *P. 1. p. 15.*

(†) Quod exteros concernit, A. 1585. Neoſtadii Pal. *Anonymus* quidam edidit *Analyſin propoſitionum, quas de negotio eucharistiæ ad diſputandum propoſuit* D. JAC. RUNGIUS, qua non ſolum *diſputationem Rungianam* A. 1582. evulgatam, ſed ipſam quoque *Confeſſ. Pomer.* aggreſſus eſt.

§. VIII.

Sequentibus annis 1578. & 1579. *Formula Concordiæ*, à Theologis quibusdam juſſu Electorum atque Principum Proteſtantium, primum *Torgæ*, deinde *Bergæ* concinnata, in Pomeraniam miſſa eſt, Principum atque Theologorum ſubſcriptione probanda. Sed hi, poſteriores inprimis, nulla ratione permoveri potuerunt, ut totum librum ſingulosque probarent articulos, ex nimio, procul dubio, erga MELANCHTHONEM amore, cujus phraſes de *libero arbitrio*, de *Lege & Evangelio*, cujus *variatam Auguſt. Conf.* ſalvas omnino eſſe volebant, in Form. Conc. autem vel rejectas, vel ſaltem non ſimpliciter approbatas. Et ſane hoc in negotio nimium affectibus ſuis indulſiſſe majores noſtros, & inprimis RUNGIUM, cujus deinde auctoritatem reliqui facile ſequebantur, luculentis comprobari poſſet teſtimoniis, ſi epiſtolas RUNGII, aliaque hujus negotii acta, nondum typis exſcripta, heic loci exhibere liceret. Interim tamen hoc certiſſimum eſt, his omnibus Pomeranos

Digitized by Google

à priſtino ſuo zelo adverſus Reformatos, ſive Sacramentarios, ne latum quidem unguem diſceſſiſſe. Quibus enim articulis Sacramentariorum errores damnati erant, ut 7. de *Cœna Domini*, & 8. de *Perſona Chriſti*, illos cum 11. de *æterna prædeſtinatione & electione Dei*, quo iterum CALVINI ejusque diſcipulorum blasphemiæ damnantur, & aliis, libentiſſime receperunt probaruntque, quod ex CRAMBRO *l. c. Lib. 4. fol. 9.* conſtat. Cumque Pomerani ob denegatam ſubſcriptionem apud exteros Electores & Principes in ſuſpicionem Calviniſmi adducerentur, ſtatim in judiciis ſuis ſuper libro Bergenſe & Præf. Form. Conc. huic accuſationi uno ore omnes contradixerunt. (*) Quod itaque SAL. GESNERUS in *Comm. in Pſalm. II.* ſcribit: *Noſtri homines in vicinis regionibus, Pomerania, Sileſia, quare nolunt Formam Chriſtianæ Concordiæ accipere, cur illam aut adſpernantur, aut improbant? Cauſa profecto alia non eſt, quam quod cæci ſunt plerique in religionis negotio, quodque exiſtimant, ſe nihilominus ſalvos fore, ſi vel maxime de Perſona Chriſti Sacra Cœna cum Calvinianis ſentiant*, hoc non de tota eccleſia Pomer. vel ſinceris atque orthodoxis ejus Theologis accipiendum eſſe, ſed de Sacramentariis Stettinenſibus, quibuscum ipſi GESNERO certandum fuerat, ultro liquet.

(*) Verba hæc ſunt: Dieweil uns aber in dieſen Stettiniſchen Synodo glaubwürdig fürgekommen iſt / daß dieſe Pommeriſche Kirchen bey Chur- und Fürſten der Augſb. Conf. auch auſſerhalb Teutſcher Nation, in betrieglichen Verdacht ſind, daß die öffentlichen und heimlichen Sacramentierer hie zu ſchlag, und beſondere Zuverſicht haben / die Sacramentierer ſich auch berühmen ſollen, daß die Pommeriſchen Kirchen die Vollziehung der Chriſtlichen Concordien ihnen zu gut auffhalten / und / wo man dieſelbe nicht hindern und ſteckig machen könte / ſie ſich davon abzuſondern fürhabens ſeyn ſollen: So bekennen und bezeugen wir alle / derer Nahmen hie unterſchrieben ſind, daß mit ſolchen Verdacht unſern Perſohnen und dieſen Kirchen Gewalt und Unrecht geſchicht / und ſagen abermahl / daß wir vom Hochwürdigen Sacrament des Leibes und Blutes Chriſti / und von der Perſohn und Majeſtät Chriſti alſo und dergeſtalt glauben und lehren, wie die Chriſtliche Lehre hievon im erſten Torgiſchen Buch, und in der verbeſſerten Concordien Formul begriffen und erklähret iſt. Et porro: Zum ſiebenden, belangend die Verdammung und Condemnation der Sacramentirer / iſt unſer und unſerer Kirchen Lehre und Bekäntnis kund und offenbahr / und wiſſen die Herren Theo-

Theologen, Auctores libri Concordiæ, ſelbſt wohl / daß wir (GOtt ſey Lob!) keine Sacramentierer ſind / wir ſind auch nicht gemeinet den Sacramentierern oder Calviniſten Zuſchlag zu thun / oder ihre Unterſchleiffe zu fodern. Wir thun / GOtt Lob! mit dem Göttlichen Wort das unſer / ein jeglicher nach ſeiner Gabe. Wer dieſe Kirchen und uns mit Sacramentieriſcher Calviniſcher Lehre verdächtig hält oder bezüchtiget / der thut uns ungütlich und unrecht.

§. IX.

Jam ergo ad *Bellum Sacramentarium* in Pomerania geſtum progredimur. Supra §. 6. exhibui querelam Theologorum de Politicis, jam tum Anno 1566. Sacramentariorum errores vel excuſantibus, vel defendentibus. In eccleſiis tamen atque ſcholis nemo eos publice profiteri auſus eſt usque ad A. 1574. quo primas turbas excitavit BERGIUS quidam, Pædagogii Stettinenſis Conrector, nonniſi poſt viginti annos generali Synodo compeſcendas. Non patitur ſpatii anguſtia, acta omnia ex CRAMERO, *Lib. 4. fol. 10. 11. 23. 24. 28. 29. 30. 35. 36. 44. 45. -- 53.* MICRÆLIO, *Chron. Pom. Lib. 3. P. 2. p. 604 - 620.* aliisque impreſſis atque manuſcriptis monumentis hic recenſere, ea itaque ſaltem excerpemus, quæ ad zelum Pomeranorum adverſus Sacramentarios demonſtrandum maxime faciunt. Primum itaque A. 1574. Sacramentariorum errores in Pædagogio Stettinenſi protulit M. GERH. BERGIUS, Sundenſis, Pædagogii Conrector, ex BEZA negans, Joh. XX. 19. 26. Chriſtum per januas clauſas ad diſcipulos ſuos intraſſe, ideo, quod verum & naturale corpus aliud corpus penetrare non poſſit. Deinde A. 1577. in profeſto Adſcenſionis Chriſti diſcipulis ſuis commentum de Phyſica locatione & circumſcriptione corporis Chriſti in cœlo in calamum dictavit, Politicorum gratia atque favore audacior factus. Hæc ergo ubi cognoverunt Theologi, (ne de ipſis Pædagogii alumnis dicam,) merito ad repellendum hoſtem ſeſe accinxerunt. Ex his vero præcipue Superint. Stettinenſis COGELERUS & STYMMELIUS, deinde etiam Synodus, A. 1578. Stettini congregata, publicis concionibus, privatis iisque crebrioribus admonitionibus atque correptionibus, literis denique ad Principem

datis,

datis, effecerunt,ut Gerhardus loco fuerit motus, ad Scabinatum & Procuraturam aulicam promovendus. Bergii exemplum A. 1579. ſecutus eſt M. Joach. Frisius, Archidiac. ad D. Mar. & Lector LL. CC. in Pædagogio Stettinenſi, Crypto-Calvinianorum Wittebergenſium diſcipulus. Qui,licet præcedente anno Art. 7. & 8. Form. Conc. in Synodo Stettin. probaverat, haud tamen, dictatis quibusdam theſibus ad *Matth. XXVIII. 20.* & publicis concionibus, omnipræſentiam carnis Chriſti in ſtatu exaltationis impugnare erubuit. Quod ſequentibus etiam annis 1580. & 1581. usque ad A. 1587. aulicorum fretus præſidio, continuavit. Tum etiam Calvinianorum libri, hactenus in Pomerania prohibiti, (†) publice libereque Stettini diſtribuebantur. Ipſi quoque Confeſſioni Pomeranicæ *O ſacrum Convivium* &c. falſus affingebatur ſenſus, ne amplius publicum ὀρθοδοξίας Pomeranicæ teſtimonium eſſet. Unde ſimul conſtat, non ſolum ubiquitatis dogma, ſed ipſum quoque Sacramentum Cœnæ à Sacramentariis Stettinenſibus impugnatum fuiſſe. Inprimis in Corp. Doctr. Pomer. præſidium quærebant iſti homines, cujus itaque phraſes non poterant non in Calvinianum detorquere ſenſum. Quod cum improbaret Rungius, Corpus Doctrinæ juxta mentem Lutheri & Formulæ Concord. intelligendum eſſe docens, calumniis apud Principem ſe defendere cœperunt, quaſi Rungius Corpus D. Pomer. abolere tentaret. Huic itaque ingruenti malo iterum mature arma objecerunt Theologi orthodoxi. Et 1.) quidem Stymmelius, tam privatim alumnos Pædagogii in ſaniori doctrina inſtituendo, quam publicis concionibus imminens manifeſtando periculum, ſimulq; Frisii errores refellendo. 2.) Etiam Rungius noſter, edita A. 1582. Diſp. *in Confeſſ. Pomer.* qua genuinum ejus ſenſum prolixe & explicabat & defendebat, præmiſſa Præfatione contra Sacramentarios vehementiſſima. 3.) Synodus Stettinenſis, A. 1583. juſſu Principum in cauſa *Cruſiana* congregata, quæ non ſolum Frisium ad reddendam fidei ſuæ rationem compulit, ſed etiam, cum nec ejus remotionem, nec publicam declarationem, quo ſenſu Corpus Doctr. in Pomerania receptum fuerit, impetrare poſſet,

Google

poſſet, novo ſeipſam obſtrinxit vinculo, ad antiquam LUTHERI fidem de *S. Cœna* & *Perſona CHRISTI*, in Ordinatione eccleſ. & Concordiæ libro traditam, in Pomerania ſancte conſervandam defendendamque. Hinc 4.) RUNGIUS in Synodis ſui Circuli Paſtores ad legendos LUTHERI libros ſedulo hortatus eſt. 5.) A. 1585. ipſe ERNESTUS LUDOVICUS, Dux Wolgaſt. in Comitiis Wolgaſti celebratis confirmavit edicta publica, olim contra Sacramentarios promulgata. 6.) Eodem anno Status Provinciales Circuli Stettinenſis ad Principem ſuum detulerunt machinationes Crypto-Calviniſtarum. 7.) Cum hoc ipſo anno Stettini Jubilæum celebraretur, hymnum contra Sacramentarios compoſuit STYMMELIUS, quo etiam publicis precibus divinum auxilium contra eos imploraret tota eccleſia. 8.) JAC. RUNGIUS A. 1586. duo adverſus Sacramentarios Stettinenſes edidit ſcripta: α) *Quæſtiones Synodicas de Sacramento Cœnæ Domini, das iſt, Fragſtücke vom Heil. Sacrament des Leibes und Blutes Jeſu Chriſti, darinn die Pfarr-Herrn, Prediger und Schuldiener in Pommern, vvenn ſie in Synodis zuſammen kommen, durch den Superintendenten, oder, in ſeinen Abvveſend, durch ihre Præpoſitos jedes Orts, aus D. Lutheri Büchern, vvieder die Sacramentirer geſchrieben, unterrichtet vverden.* β) *Chriſtliche Warnung und kurtzen Bericht vvieder den Sacramentiriſchen Lügen-Geiſt, der ſich unterſtehet, unſer Pommeriſchen Kirchen Bekäntnis von des Herrn Chriſti Abendmahl zu verfälſchen, zu verkehren, und auf ſeine gottloſe falſche Lehre zu deuten*, quibus iterum graviter in eos invehitur. 9.) Denique Synodus Wolgaſt. A. 1586. menſe Julio contra CRUSIUM, Sundenſium Superintendentem, convocata, inter alia ſpeciatim CRUSII quoque Calviniſmum damnavit, qui in Art. de *S. Cœna* & *Perſona Chriſti* ad Sacramentarios acceſſerat, generatim vero ea defendenda eſſe ſtatuit, quæ Art. 7. & 8. Form. Conc. hactenus Pomerani receperant. His omnibus tandem Dux Stettinenſis JOHANNES FRIDERICUS, quem hactenus aulicorum fraus faſcinaverat, permotus, FRISIUM Stettino dimiſſum Garzam tranſtulit, à Superintendente COGELERO mox iſtius eccleſiæ Paſtorem inſtituendum.

(†) Vid. *Præf. Ord. Eccl. p. 11. 12.*

§. X.

Ao. 1588 remoto Friſio in Archidiac. ad D. Mar. & munere Lectoris LL.CC. ſucceſſit M. Joach. Stygius, inquieti ac turbulenti ingenii homo, Stymmelio vero, d. 19. Febr. hujus anni defuncto, in Paſtoratu & officio Profeſſ. Theol. Conr. Bergius, uterque Calvinianus, unde cum utroque etiam in Pomerania certandum fuit. Et poſteriorem quidem juſſu Principis Wolgaſt. A. 1589. aggreſſi ſunt Theologi in Synodo Wolgaſti congregati, qua theſes Bergii de *Perſona Chriſti* & *S. Cœna* antehac editas damnarunt. Deinde, cum Anno 1591. Diſputationem ventilaret de *Juſtificatione hominis peccatoris coram DEO*, in eaque ſangvini Chriſti vim denegaret mundandi nos à peccatis, per ſangvinem 1. Joh. I. 7. intelligens meritum Chriſti; Sal. Gesnerus, Pædagogii Rector, publice ei contradixit, ipſi naturali ac eſſentiali ſangvini Chriſti, vi communicationis idiomatum divinorum, vindicans virtutem crimina noſtra expiandi. Cumque hanc ob cauſam Gesnerum ab officio removere tentarent Sacramentarii, obſtitit Ernestus Ludovicus, Dux Wolg. re ad fratrem ſuum Ducem Stett. delata. Tum etiam Jac. Rungius A. 1591. edidit *Frag-Artickel vom Sacrament des Heil. Abendmahls, und von der Perſohn unſers Herrn Jeſu Chriſti, nach welchen ein Gottliebender, frommer, einfaltiger Chriſt in den betrübten gefährlichen jetzigen Streit von dieſen beyden Artickeln, ſich Chriſtl. richten, und durch Gnade des Heil. Geiſtes für Irrthumb und Abfall von Göttlicher Warheit hüten kan.* Addidur *Bericht vom Pommeriſchen Corpore Doctr.* quo ultimo hoc inprimis evincere ſuſcepit, quod Corpus Doctr. Pom. non alio ſenſu in Pomer. receptum ſit, quam qui menti Lutheri ejusque ſcriptis conformis eſt: Minime itaque illud Sacramentariis Stettinenſibus præſidio eſſe poſſe, qui & in eo graviſſime peccent, quod defenſores Form. Conc. in ſuſpicionem adducere contendant, quaſi Corpus Doctr. abolere velint. Sequente vero anno moritur Bergius ſimulque Dux Wolg. Ernestus Ludovicus, qui tamen etiam teſtamento ſuo Pomeraniæ proſpexerat, ne unquam, toleratis in eâ Sacramentariis, horum erroribus infeſtaretur, confirmatis inſuper denuo edictis publi-

publicis olim contra Calvinianos promulgatis. Omnes vero malitiâ vicit Bergii Collega Joach. Stygius. Hic non ſolum Gesneri Diſp. de *Sacramentis*, à Superintendente & ipſo Bergio approbatam, in publico conflictu maledictis atque conviciis ut *impiam & diabolicam; qua bene conſtituta eccleſia diſſipentur*, inſectatus eſt, ſed in ipſa quoque S. Cœnæ adminiſtratione totam eccleſiam aliquoties ſcandalis offendit, Theologo Chriſtiano indigniſſimis. Primo nempe, cum Gesnero, adverſario ſuo, ſiniſtra manu hoſtiam porrigeret, additis verbis: *Judicet Deus inter me & te:* Deinde, cum aulico cuidam eandem porrigeret, dicens: *Accipe ſignum Corporis Chriſti.* Nec, cum peculiaris precum formula, contra Calvinianos à Superintendente & Jacobo Fabro, Paſtore aulico, deinde Superintendente, (probe vero diſtingvendo à Jac. Fabricio, itidem Superintendente Stettinenſe, cujus deinceps mentio fiet.) compoſita, è ſuggeſto recitanda eſſet, eam recipere voluit. His aliisque ſcandalis publicis tandem factum eſt, ut exteri Principes, apud quos Pomerani in Calviniſmi ſuſpicionem inciderant, literis compellarent Ducem Stettinenſem Joh. Fridericum. Qui itaque, re accuratius penſitata, generali Synodo controverſias has diſceptare conſtituit. Habita eſt hæc Synodus Ao. 1593. Stettini, præſentibus perſonis illuſtribus quamplurimis, & Theologis ex utroque circulo præſtantiſſimis, inter quos maxime Rungius eminuit. Re diu multumque ventilata, Calviniani tandem *Clerici*, qui ſucceſſive ad Bergios, Frisium & Stygium acceſſerant, ad palinodiam adacti ſunt, Stygio inſuper nonnullisque aliis Pomerania ejectis; *Politicis* vero ſeveris mandatis ſilentium injunctum eſt. Ne etiam in poſterum eadem fata experiretur Pomerania, tres articuli Form. Conc. de *Perſona Chriſti*, *S. Cœna* & de *Prædeſtinatione*, juſſu Principum publicis typis exſcripti ſunt ſub tit. *Bekäntnis und Lehr der Kirchen in Pommern*, ut eſſent norma doctrinæ in Pomerania, non à Ducibus tantum Pomer. ſed potentiſſimis quoque Sveciæ Regibus deinceps ſæpius confirmata, cui etiam adhuc hodie fidem ſuam juramento adſtringere tenentur ad publica officia eccleſiaſtica in hac Provincia promovendi. Præmiſſa eſt

Sectio I. Historica.

§. I.

Ex quo tempore purior Evangelii doctrina Pomeraniæ reddita eſt, quod miniſterio Joh. Knipstrovii, Jo. Bugenhagii, Pauli à Rhoda aliorumque, ſub auſpiciis Celſiſſimorum Pomeraniæ Ducum, Barnimi Sen. & Philippi I. A. 1518. 1520. & præcipue 1534. in comitiis Treptovianis factum, tam Principum quam Theologorum hæc præcipua cura fuit, ut eam incorruptam conſervarent poſteriſque traderent. Quod cum fieri haud potuit, niſi hæreſibus quibuscunque, ſubinde exortis, mature obex poneretur, omnibusque illarum defenſoribus liberum in eccleſiis hiſce denegaretur hoſpitium, idcirco graviſſimo ſemper adverſus falſa dogmata falſosque Doctores uſi ſunt zelo, tam *Doctores*, voce & ſcriptis arguendo, conſiliaque ſaniora conferendo, quam *Principes*, hæreticorum conatus ſalutaribus mandatis promeritisque pœnis ſupprimendo. Unde etiam per DEI gratiam factum, quod de ſolius purioris Evangelico-Lutheranæ doctrinæ publico exercitio gloriari potuerit patria dilectiſſima, quamdiu Sereniſſ. Ducum, & Potentisſimorum Steciæ Regum dominio ſubjecta fuit. Quod ut ei proprium eſſe velit ſupremus eccleſiæ moderator, humillima mente precor. Cæterum, quo affectu alias hæreſes aliosque falſos doctores proſecuti ſunt Pomerani, eundem ipſi quoque Reformati, olim *Sacramentarii*, *Zwingliani* vel *Calviniani* dicti, eorumque errores experti ſunt.

§. II.

Anno 1527. M. Paulo à Rhoda, primo Superintendenti Gen. Stetinenſis circuli, ſcripto certandum fuit cum quodam Papicola, Stetini pro Miſſæ abuſibus pugnante. Qua occaſione, ob argumenti convenientiam, realem quoque præſentiam C. & S. C. in S. C. egregie defendit, referente Cramero *Lib. 3. Chron. Eccleſ. Pom. f. 66.* Hoc ipſo autem Sacramentariorum erro-

errores, tum temporis longe lateque in eccleſia graſſantes, damnare voluiſſe Rhodium, vel inde liquet, quod contra hominem Pontificium pro vera ac reali præſentia diſputare haud erat opus, ſed ea tanquam utrinque conceſſa ſupponi poterat. Hic itaque primus fuit Reformatorum antagoniſta in Pomerania publicus. Eundem adverſus eos zelum oſtendit Jo. Knipstrovius, Wolgaſt. circuli Superintendens Gen. & Paſt. t. t. Sundenſium. Cum enim, *Anabaptiſtis* atque *Sacramentariis* per Germaniam graviſſimas excitantibus turbas, Urbes quædam Hanſeaticæ A. 1535. conventum Theologorum indixiſſent, Hamburgi celebrandum, eorum ſententias exquiſituræ, qua ratione eccleſiæ harum urbium â veneno hominum iſtorum conſervari poſſent incolumes, juſſu civitatis Sundenſis Knipstrovius quoque adfuit Theologis congregatis, nominis ſubſcriptione probans conſilia atque decreta ſcripto conſignata, quibus inter alia ſtatutum erat, Sacramentarios, propter impia quæ diſſeminabant dogmata, non eſſe in aliqua harum civitatum tolerandos. Vid. Cramerus *l. c. f. 93. 94.* Hoc ipſo Anno 1535. Wittebergæ prodiit prima *Ordinatio Eccleſ. Pom.* a Bugenhagio conſcripta, quinque plagúlis conſtans, qua inter alia Miniſtris eccleſ. injunctum eſt, ut ſincere doctrinam de Sacramentis tradant, & de baptismo quidem, *quod vere ſit lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus S.* de S. C. autem, *quod in ea accipiantur verum corpus & verus ſangvis Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Utrumque vero â *Sacramentariis* tum temporis negabatur, docente Löschero *in der ausfürl. Hiſtoria motuum*, nec hodie â Reformatis concedi poteſt, quamdiu *Catechismus Palatinus* ejusque *qv. 72. 73. 76. 79. 47.* publicam in illorum eccleſiis obtinent auctoritatem. Sic ergo non privati ſaltem Doctores, ſed ipſi Principes, quorum auctoritate Ordin. eccleſ. prodierat, ſtatim ſub initio naſcentis eccleſiæ *Sacramentariorum* errores damnarunt.

§. III.

Idem factum eſt â Principibus A. 1556. Cum enim præcedente anno Proteſtantibus, invariatæ Aug. Conf. addictis, pace religioſa publicum liberumque religionis exercitium in Imperio Rom.

Rom. Germ. conceſſum eſſet, excluſis Sacramentariis aliisque ab Aug. Conf. & Romano Catholica fide diſſidentibus ſectis, Principes Pomeraniæ, habitis Stettini comitiis, publico promulgato edicto, confirmato denuo ſolius Evangelico Lutheranæ doctrinæ exercitio, Sacramentariorum dogmata, ſub pœna graviſſimæ vindictæ, ab auctoribus ſ. fautoribus deprehenſis ſumendæ, imo perpetuæ relegationis, è Provincia proſcripſerunt. Vid. CRAMERUS *l. c. f. 126.* Atque hæc primà *lex fundamentalis* (†) eſt Patriæ noſtræ contra Reformatos, ad quam ſequentibus annis ſemper provocatum eſt, in *Præf. Ord. Eccl.* item in *Præf. der Bekäntnis und Lehre der Kirchen in Pommern* alibique. Theologi inprimis eam ſibi ſtatuerunt normam judiciorum ſuorum in controverſiis Theologicis ferendorum. Ideoque, cum A. 1558. (quo malleus Calvinianorum JAC. RUNGIUS, vir de eccleſia noſtra immortaliter meritus, Wolgaſtano jam præerat circulo, ad Superintend. Gen. dignitatem A. 1556. promotus,) famoſiſſimi illi *Articuli Francofurtani*, ad componenda diſſidia, in eccleſiis Lutheranis poſt obitum LUTHERI exorta, à PHIL. MELANCHTHONE conſcripti, Pomeraniæ Ducibus traderentur, qui Theologorum ſuorum judicio ea ſubjicerent, hi ipſi Theologi, in Synodo congregati, ingenue declararunt, (non obſtante ſingulari, quo alias MELANCHTHONEM proſequebantur affectu, inprimis ex actis Form. Conc. conſpicuo,) ſeſe de traditis Articulis haud poſſe conſentire, maxime, quod Art. *de Cœna* adeo ambiguus & obſcurus eſſet, ut vel ipſe CALVINUS eum facile admittere poſſet, qui tamen falſiſſima de S. Cœna, præſentia corporis Chriſti & dextra Dei, foveat dogmata, quæ ſimpliciter rejiciunt. Vid. CRAMERUS *l. c. f. 142.* & ex eo RANGO in *Hiſt. Syncretiſmi p. 696. ſqq.*

(†) Hanc legibus Principum noſtrorum, religionis exercitium in Patria noſtra ſpectantibus, auctoritatem tribuit BOGISLAUS XIV. apud B. KRAKEVITZIUM in der Warnung für Calviniſche Lehre und Neuerung *p. 126. ed. ſecunda*, & ipſe glorioſiſſ. mem. Rex Sveciæ CAROLUS XI. in der Pommeriſchen Regiments-Verfaſſung *Tit. I.*

§. IV.

§. IV.

Anno quidem 1561. in *conventu Naumburgenſi* Pomerani per legatos ſuos, Comitem LUDOVICUM AB ERBERSTEIN & DN. CHRISTIAN KUSSAU, nec non Theologum CHRISTOPH. STYMMELIUM, Paſtorem ad D. Mar. & Profeſſ. Pædagogii Stettin. longe meritiſſimum, in Præf. ad Imp. FERDINANDUM, Auguſtanæ Confesſioni, Imperatori denuo offerendæ, præmiſſa, probarunt variatam atque corruptam editionem A. C. A. 1540. quod ex G. P. HÖNN *Hiſtoria Conventus Naumburg. p. 105. 106. & p. 113. 115.* conſtat. Eodem etiam anno 1561. CORPUS DOCTRINÆ POMERANICUM adornarunt, referente CRAMERO *l. c. f. 157.* quo maximam partem MELANCHTHONIS ſcripta (quod ſine dubio ex nimio erga MELANCHTHONEM affectu factum, plerique enim Pomeraniæ Theologi t. t. MELANCHTHONIS diſcipuli fuerant.) tanquam norma doctrinæ (*) recepta ſunt, ab orthodoxis tamen quibusvis ſæpius Crypto-Calviniſmi aliorumq; errorum accuſata, unde ipſi quoque Stettinenſes Sacramentarii ſequentibus annis ad hoc Corpus tanquam aſylum ſe receperunt. Minime tamen inde colligere licet, jam tum zelum Pomeranorum adverſus Calvinianos vel quicquam remiſiſſe. Contrarium potius ex eo manifeſtum eſt, quod ille ipſe STYMMELIUS, qui Naumburgico conventui interfuit, cæterique Corporis Doctrinæ collectores, & ex his inprimis JAC. RUNGIUS, acerrimos ſemper ſe exhibuerint Sacramentariorum Stettinenſium oppugnatores, nec Pomerani Corpus Doctrinæ ſuum, ipſamque variatam Aug. Conf. alio ſenſu receperint, quam eo, qui menti LUTHERI ejusque ſcriptis conformis erat. Tum temporis enim nondum didicerant Patres noſtri, MELANCHTHONEM in controverſiis Sacramentar. à ſana LUTHERI doctrina receſſiſſe. Quare etiam STYMMELIUS adhuc A. 1576. duabus concionibus de *S. Cœna*, Frf. ad M. impreſſis, conſenſum LUTHERI & MELANCHTHONIS in hoc Art. defendere ſuſcepit. Quod cum improbaſſent Auctores Form. Conc. Commentaria MELANCHTHONIS in *1. Corinth. XI.* & in *Malach.* item *Epiſt.* ad FRIDERICUM Elect. Palat. *in cauſa* HESHUSII & KLEBITZII objicientes, iterum regeſſit STYMMELIUS, MELANCHTHONIS ſcripta dextre & juxta

B men-

mentem LUTHERI intelligenda eſſe, quod in *Actis Synodicis MSt.* JAC. RVNGIVS refert *fol.87. b.98. a.* Conf. ejusd. RVNGII *Bericht vom Pommerſchen Corp.D.* & BALTH.RHAVV confeſſio §. XI. exhibenda.

(*) Vid. Kirchen-Ordnung *f.9.b.10. a.*

§. V.

Sed vix opus eſt noſtra apologia, ubi res ipſa loquitur. Hoc ipſo nimirum anno, quo corpus doctrinæ edebatur, de *Ordinatione Eccleſiaſtica* emendanda augendaque conſilia agitabantur, docente CRAMERO *l.c.f.159.* Horum objectum inter alia quoque fuit conſervatio eccleſiæ Pomeranicæ à Sacramentariorum aliisque erroribus. Hinc factum, ut, cum aucta Ordin. eccleſ. (quam inprimis PAVLO à RHODA & JAC. RVNGIO debemus, non tamen prorſus excluſo GEORGIO VENETO, Super. Camminenſe, cui etiam laboris partem tribuit RVNGIVS in *Actis Syn. MSt. p.1. b. & 60. a.*) A. 1563. Wittebergæ in fol. & 4to prodiret, hi ipſi Sacramentarii, eorumque dogmata, in ea, tanquam altera lege publica atque univerſali, denuo condemnarentur, graviſſima in eos ſtatuta pœna, qui eadem in Provincia hac diſſeminare auſi fuerint. Vid. *Præfatio*, qua mandatum anni 1556. repetitur denuoq; confirmatur, & *Cap. I. von der Lehre, p.3.b. de Prædeſtinatione contra Stoicam neceſſitatem & particularitatem*; item *p.6.a. de Cœna Domini, contra Sacramentar. & Papiſtas idololatras.* Admodum hic Pomeranorum zelus exteris ſe probavit. Inde, cum Ordinatio Wittebergæ excuſa eſſet, Vir quidam magni nominis dixiſſe fertur: *Video, Pomeranos non velle ferre Flacianos & Sacramentarios*, quod in tit. ſui exemplaris de A. 1591. calamo notavit JAC. FABRICIVS, t.t. concionator aulicus Stettin. Cæterum STYPMANNVS de *Salar. Cleric. p.351. opus* vocat, *quod immortalitatem beatiſſimis Principibus conciliavit, & ab exteris, qui ſimiliter tales conſtitutiones fecerunt, nunquam ſatis laudatum & in admiratione habitum.*

§. VI.

Anno 1566. novum zeli ſui adverſus Reformatos ſpecimen ediderunt Theologi Pomerani. Conſtat ex hiſtoria iſtorum tem-

Digitized by Google

temporum, Fridericum El. Pal. præcedentibus annis ad Sacramentariorum caſtra tranſiiſſe, graviſſime id ferentibus Imperatore atque reliquis Statibus Proteſtantibus, eo quod Sacramentarii pace religioſa excluſi erant. Ne ergo Elector in extremum adduceretur periculum, ad ſaniorem mentem eum revocare ſtuduerunt amici. Quod ut rite fieret, colloquium indixerunt, à Theologis Lutheranis cum Palatinis Sacramentariis Erfurti inſtituendum. De eo itaque Theologorum Pomeranorum exquirebatur ſententia. Qui etiam ita mentem ſuam explicarunt, ut ſatis appareat, Calvinianos illis quam maxime fuiſſe inviſos. Dicunt enim, in colloquio hoc defendendum eſſe, *quod Chriſtus in Sacra Cœna non tantum divinâ naturâ vel ſpiritu aut virtute ſua, ſed etiam humanâ naturâ præſens ſit. Quod verba inſtitutionis ſecundum literam ſine tropo Rhetorico ſint intelligenda.* Diſputationem inſtitui volunt *de modo præſentiæ. Num ſcil. Chriſtus per omnipotentiam & veritatem ſuam pro lubitu vi promiſſionis ſuæ, ubicunque Sacra Cœna juxta ejus inſtitutionem diſpenſatur, in Sacramento præſens ſit?* Vel: *An vi communicatæ majeſtatis & exaltationis ad dextram DEI quà DEUS & homo omnia repleat, & ſecundum humanam etiam naturam tum divina ubique præſens ſit. Ubi de communicatione idiomatum diſputandum ſit.* Porro, *cum Chriſtus Corpore ſuo cum divina natura ſit omnipræſens, cur itaque C. & S. ejus non in alio pane & vino communi, ſed tantum in Sacramento à credentibus ad vitam, ab indignis vero ad judicium accipiatur?* Denique: *An etiam impœnitentes Chriſtiani, quos Paulus indignos vocat, verum Corpus Chriſti in Sacramento accipiant.* Cum etiam Theologis quæſtio proponeretur, qua ratione Pomerania à Sacramentariorum erroribus conſervari poſſet, reſponderunt, commode hoc fieri poſſe, ſi, prohibitis Calvinianorum libris, unice verbis Chriſti H. E. C. M. H. E. S. M. inhæreatur, ſimulque ſcripta Lutheri, Brentii, Eberi, Chemnitii, & ſententiæ Patrum à Melanchthone collectæ aſſidue & cum cura legantur, ipſi quoque Politici, qui in ſuſpicionem Calviniſmi venirent, nec emendationem polliceri vellent, à Sacramento arcerentur, & denique, ſi Principes Ordinationi eccleſiaſt. ſuam conſervarent auctoritatem, in ea enim eccleſiis

jam ſatis eſſe proſpectum atque conſultum. Vid. CRAMERUS *l. c. f. 176. 177.* Plura habet RUNGIUS in *Actis Synod. MSt. p. 53. b. ſqq.* lectu digniſſima. (*)

(*) Nos unicam ſaltem excerpemus querelam, qua dicunt Theologi: Es iſt am Tage und unlaugbar / daß viele weltliche Perſohnen / ſonderlich ſo ſtudirt haben/ ohne Scheu vom Heil. Sacrament/ und allerley Opinionen wieder reine Lehre und gute Ordnung in unſern Kirchen diſputiren / mit Verunglimpfung der Prediger und des gantzen Miniſterii, welches Ubel in gemein in Fürſtl. Höfen/ bey vielen von Adel/ in Städten/ in Rathhäuſern und Bürgern einreiſſet/und ein gewiſſes Zeichen iſt/ daß GOtt ſeine Warheit wolle wegnehmen/und groſſe Veränderung erfolgen werde. Addit. RUNGIUS: Darumb hat der Synodus mit unterthänigen fleißigen Bitten u. g. Fürſten und Herrn heimgeſtellet/ ob J. F. G. das Mandat, ſo A. 1556. durch beide regirende Landes-Fürſten/ Hertzog BARNIM den ältern / und Hertzog PHILIPSEN wieder die Sacramentirer publiciret worden / und in der Vorrede der Kirchen-Ordnung geſetzet iſt/ itzo aber bey männiglich in vergeſſen geſtellet würde/ wolten renoviren/ im Kirchen von denen Kantzeln verkündigen laſſen/ oder in ander wege ſolcher unchriſtlichen / ärgerlichen/ ſchädlichen Leichtfertigkeit ſteuren und wehren. Denn wo ſolches nicht geſchähe / würde ein groß Ubel hiedurch in dieſer Kirchen und Landen erfolgen/ daß Weltleute / ſo zu Sacramentiriſcher Lehre Luſt haben / wenn man ohne Einſehung alles durch einander gehen läſſet / die Länge Gelegenheit gewinnen / vergeſſene Prediger oder Theologen an ſich zu hängen / und ſolch Feur / als man in der Pfaltz itzo ſtehet / hie auch bey uns anzuzünden. Quæ ob ſequentem belli Sacramentarii hiſtoriam notari merentur.

§. VII.

Anno 1569. prodierunt *Agenda eccleſiaſtica*, à RUNGIO recognita atque aucta, quod ipſe teſtatur in *Actis Synod. MSt. f. 60. a. Sr. b. 63. a.* Illis *p. 373.* inſeruit RUNGIUS egregiam, à ſe contextam, (ut ſcribit in *Diſp. ſuper hac Confeſſ. A. 1582.* habita) *Confeſſionem de vera præſentia corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti in Sacramento Altaris, cantandam ſub ſacra communione: O ſacrum convivium* &c. Sudes quidem illa fuit in oculis Sacramentariorum, (†) inprimis Stettinenſium, ab orthodoxis tamen, tanquam luculentiſſimum Pomeranicæ ὀρθοδοξίας teſtimonium, magno cum applauſu recepta. Unde etiam Wittebergenſes A. 1644. eam *dem gründlichen Beweis, daſs die Calviniſche Irthümer den Grund des Glaubens betreffen, und der Seeligkeit*

nach

Digitized by Google

nachtheilig ſind, & quidem *Appendici teſtimoniorum* inſeruerunt. — Ut vero LUTHERI quoque ſcriptorum, antea à Theologis §. 6. commendatorum, major eſſet in Pomerania copia, unde eccleſiarum miniſtri, & ipſi quoque Politici, argumenta Sacramentariis opponenda diſcerent, Principes A. 1573. ſcripta LUTHERI polemica contra Sacramentarios ſucceſſive edita, uno volumine Stettini idiomate Pomeranico inprimi curarunt, præfixo mandato, quo, damnatis denuo Sacramentariis, repetitisque edictis olim promulgatis, accurata diligensque horum librorum lectio injungitur. Et, ne Paſtoribus exemplaria deeſſent, Superintendentes ſine mora in Synodis ea diſtribuerunt. Vid. CRAMERUS *l. c. f. 189.* & *Synodologia Anclamenſ.* à B. MATERO noſtro è MSto editæ, *P. 1. p. 15.*

(†) Quod exteros concernit, A. 1585. Neoſtadii Pal. *Anonymus* quidam edidit *Analyſin propoſitionum, quas de negotio eucharistiæ ad diſputandum propoſuit* D. JAC. RUNGIUS, qua non ſolum *diſputationem Rungianam* A. 1582. evulgatam, ſed ipſam quoque *Confeſſ. Pomer.* agreſſus eſt.

§. VIII.

Sequentibus annis 1578. & 1579. *Formula Concordiæ*, à Theologis quibusdam juſſu Electorum atque Principum Proteſtantium, primum *Torgæ*, deinde *Bergæ* concinnata, in Pomeraniam miſſa eſt, Principum atque Theologorum ſubſcriptione probanda. Sed hi, poſteriores inprimis, nulla ratione permoveri potuerunt, ut totum librum ſingulosque probarent articulos, ex nimio, procul dubio, erga MELANCHTHONEM amore, cujus phraſes de *libero arbitrio*, de *Lege & Evangelio*, cujus *variatam Auguſt. Conf.* ſalvas omnino eſſe volebant, in Form. Conc. autem vel rejectas, vel ſaltem non ſimpliciter approbatas. Et ſane hoc in negotio nimium affectibus ſuis indulſiſſe majores noſtros, & inprimis RUNGIUM, cujus deinde auctoritatem reliqui facile ſequebantur, luculentis comprobari poſſet teſtimoniis, ſi epiſtolas RUNGII, aliaque hujus negotii acta, nondum typis exſcripta, heic loci exhibere liceret. Interim tamen hoc certiſſimum eſt, his omnibus Pomeranos

à priſtino ſuo zelo adverſus Reformatos, ſive Sacramentarios, ne latum quidem unguem diſceſſiſſe. Quibus enim articulis Sacramentariorum errores damnati erant, ut 7. de *Cœna Domini*, & 8. de *Perſona Chriſti*, illos cum 11. de *æterna prædeſtinatione & electione Dei*, quo iterum CALVINI ejusque diſcipulorum blaſphemiæ damnantur, & aliis, libentiſſime receperunt probaruntque, quod ex CRAMBRO *l. c. Lib. 4. fol. 9.* conſtat. Cumque Pomerani ob denegatam ſubſcriptionem apud exteros Electores & Principes in ſuſpicionem Calviniſmi adducerentur, ſtatim in judiciis ſuis ſuper libro Bergenſe & Præf. Form. Conc. huic accuſationi uno ore omnes contradixerunt. (*) Quod itaque SAL. GESNERUS in *Comm. in Pſalm. II.* ſcribit: *Noſtri homines in vicinis regionibus, Pomerania, Sileſia, quare nolunt Formam Chriſtianæ Concordiæ accipere, cur illam aut adſpernantur, aut improbant? Cauſa profecto alia non eſt, quam quod cæci ſunt plerique in religionis negotio, quodque exiſtimant, ſe nihilominus ſalvos fore, ſi vel maxime de Perſona Chriſti Sacra Cœna cum Calvinianis ſentiant*, hoc non de tota eccleſia Pomer. vel ſinceris atque orthodoxis ejus Theologis accipiendum eſſe, ſed de Sacramentariis Stettinenſibus, quibuscum ipſi GESNERO certandum fuerat, ultro liquet.

(*) Verba hæc ſunt: Dieweil uns aber in dieſen Stettiniſchen Synodo glaubwürdig fürgekommen iſt / daß dieſe Pommeriſche Kirchen bey Chur- und Fürſten der Augſb. Conf. auch auſſerhalb Teutſcher Nation, in betrieglichen Verdacht ſind / daß die öffentlichen und heimlichen Sacramentierer hie zuſchlag / und beſondere Zuverſicht haben / die Sacramentierer ſich auch berühmen ſollen / daß die Pommeriſchen Kirchen die Vollziehung der Chriſtlichen Concordien ihnen zu gut auffhalten / und / wo man dieſelbe nicht hindern und ſteckig machen könte / ſie ſich davon abzuſondern fürhabens ſeyn ſollen: So bekennen und bezeugen wir alle / derer Nahmen hie unterſchrieben ſind / daß mit ſolchen Verdacht unſern Perſohnen und dieſen Kirchen Gewalt und Unrecht geſchicht / und ſagen abermahl / daß wir vom Hochwürdigen Sacrament des Leibes und Blutes Chriſti / und von der Perſohn und Majeſtät Chriſti alſo und dergeſtalt glauben und lehren / wie die Chriſtliche Lehre hievon im erſten Torgiſchen Buch / und in der verbeſſerten Concordien Formul begriffen und erklähret iſt. Et porro: Zum ſiebenden / belangend die Verdammung und Condemnation der Sacramentirer / iſt unſer und unſerer Kirchen Lehre und Bekäntnis kund und offenbahr / und wiſſen die Herren

Theo-

Theologen, Auctores libri Concordiæ, ſelbſt wohl / daß wir (GOtt ſey Lob!) keine Sacramentierer ſind / wir ſind auch nicht gemeinet den Sacramentierern oder Calviniſten Zuſchlag zu thun / oder ihre Unterſchleiffe zu fodern. Wir thun / GOtt Lob! mit dem Göttlichen Wort das unſer / ein jeglicher nach ſeiner Gabe. Wer dieſe Kirchen und uns mit Sacramentieriſcher Calviniſcher Lehre verdächtig hält oder bezüchtiget / der thut uns ungütlich und unrecht.

§. IX.

Jam ergo ad *Bellum Sacramentarium* in Pomerania geſtum progredimur. Supra §. 6. exhibui querelam Theologorum de Politicis, jam tum Anno 1566. Sacramentariorum errores vel excuſantibus, vel defendentibus. In eccleſiis tamen atque ſcholis nemo eos publice profiteri auſus eſt usque ad A. 1574. quo primas turbas excitavit BERGIUS quidam, Pædagogii Stettinenſis Conrector, nonniſi poſt viginti annos generali Synodo compeſcendas. Non patitur ſpatii anguſtia, acta omnia ex CRAMERO, *Lib. 4. fol. 10. 11. 23. 24. 28. 29. 30. 35. 36. 44. 45--53.* MICRÆLIO, *Chron. Pom. Lib. 3. P. 2. p. 604 - 620.* aliisque impreſſis atque manuſcriptis monumentis hic recenſere, ea itaque ſaltem excerpemus, quæ ad zelum Pomeranorum adverſus Sacramentarios demonſtrandum maxime faciunt. Primum itaque A. 1574. Sacramentariorum errores in Pædagogio Stettinenſi protulit M. GERH. BERGIUS, Sundenſis, Pædagogii Conrector, ex BEZA negans, Joh. XX. 19. 26. Chriſtum per januas clauſas ad diſcipulos ſuos intraſſe, ideo, quod verum & naturale corpus aliud corpus penetrare non poſſit. Deinde A. 1577. in profeſto Adſcenſionis Chriſti diſcipulis ſuis commentum de Phyſica locatione & circumſcriptione corporis Chriſti in cœlo in calamum dictavit, Politicorum gratia atque favore audacior factus. Hæc ergo ubi cognoverunt Theologi, (ne de ipſis Pædagogii alumnis dicam,) merito ad repellendum hoſtem ſeſe accinxerunt. Ex his vero præcipue Superint. Stettinenſis COGELERUS & STYMMELIUS, deinde etiam Synodus, A. 1578. Stettini congregata, publicis concionibus, privatis iisque crebrioribus admonitionibus atque correptionibus, literis denique ad Principem

datis,

datis, effecerunt,ut Gerhardus loco fuerit motus, ad Scabinatum & Procuraturam aulicam promovendus. Bergii exemplum A. 1579. ſecutus eſt M. Joach. Friſius, Archidiac. ad D. Mar. & Lector LL. CC. in Pædagogio Stettinenſi, Crypto-Calvinianorum Wittebergenſium diſcipulus. Qui,licet præcedente anno Art. 7. & 8. Form. Conc. in Synodo Stettin. probaverat, haud tamen, dictatis quibusdam theſibus ad *Matth. XXVIII. 20.* & publicis concionibus, omnipræſentiam carnis Chriſti in ſtatu exaltationis impugnare erubuit. Quod ſequentibus etiam annis 1580. & 1581. usque ad A. 1587. aulicorum fretus præſidio, continuavit. Tum etiam Calvinianorum libri, hactenus in Pomerania prohibiti, (†) publice libereque Stettini diſtribuebantur. Ipſi quoque Confeſſioni Pomeranicæ *O ſacrum Convivium* &c. falſus affingebatur ſenſus, ne amplius publicum ὀρθοδοξίας Pomeranicæ teſtimonium eſſet. Unde ſimul conſtat, non ſolum ubiquitatis dogma, ſed ipſum quoque Sacramentum Cœnæ à Sacramentariis Stettinenſibus impugnatum fuiſſe. Inprimis in Corp. Doctr. Pomer. præſidium quærebant iſti homines, cujus itaque phraſes non poterant non in Calvinianum detorquere ſenſum. Quod cum improbaret Rungius, Corpus Doctrinæ juxta mentem Lutheri & Formulæ Concord. intelligendum eſſe docens, calumniis apud Principem ſe defendere cœperunt, quaſi Rungius Corpus D. Pomer. abolere tentaret. Huic itaque ingruenti malo iterum mature arma objecerunt Theologi orthodoxi. Et 1.) quidem Stymmelius, tam privatim alumnos Pædagogii in ſaniori doctrina inſtituendo, quam publicis concionibus imminens manifeſtando periculum, ſimulq; Friſii errores refellendo. 2.) Etiam Rungius noſter, edita A. 1582. Diſp. *in Confeſſ. Pomer.* qua genuinum ejus ſenſum prolixe & explicabat & defendebat, præmiſſa Præfatione contra Sacramentarios vehementisſima. 3.) Synodus Stettinenſis, A. 1583. juſſu Principum in cauſa *Cruſiana* congregata, quæ non ſolum Friſium ad reddendam fidei ſuæ rationem compulit, ſed etiam, cum nec ejus remotionem, nec publicam declarationem, quo ſenſu Corpus Doctr. in Pomerania receptum fuerit, impetrare

poſſet,

poſſet, novo ſeipſam obſtrinxit vinculo, ad antiquam LUTHERI fidem de *S. Cœna* & *Perſona CHRISTI*, in Ordinatione eccleſ. & Concordiæ libro traditam, in Pomerania ſancte conſervandam defendendamque. Hinc 4.) RUNGIUS in Synodis ſui Circuli Paſtores ad legendos LUTHERI libros ſedulo hortatus eſt. 5.) A. 1585. ipſe ERNESTUS LUDOVICUS, Dux Wolgaſt. in Comitiis Wolgaſti celebratis confirmavit edicta publica, olim contra Sacramentarios promulgata. 6.) Eodem anno Status Provinciales Circuli Stettinenſis ad Principem ſuum detulerunt machinationes Crypto-Calviniſtarum. 7.) Cum hoc ipſo anno Stettini Jubilæum celebraretur, hymnum contra Sacramentarios compoſuit STYMMELIUS, quo etiam publicis precibus divinum auxilium contra eos imploraret tota eccleſia. 8.) JAC. RUNGIUS A. 1586. duo adverſus Sacramentarios Stettinenſes edidit ſcripta: α) *Quæſtiones Synodicas de Sacramento Cœna Domini, das iſt, Fragſtücke vom Heil. Sacrament des Leibes und Blutes Jeſu Chriſti, darinn die Pfarr-Herrn, Prediger und Schuldiener in Pommern, wenn ſie in Synodis zuſammen kommen, durch den Superintendenten, oder, in ſeinen Abweſend, durch ihre Præpoſitos jedes Orts, aus D. Lutheri Büchern, wieder die Sacramentirer geſchrieben, unterrichtet werden.* β) *Chriſtliche Warnung und kurtzen Bericht wieder den Sacramentiriſchen Lügen-Geiſt, der ſich unterſtehet, unſer Pommeriſchen Kirchen Bekäntnis von des Herrn Chriſti Abendmahl zu verfælſchen, zu verkehren, und auf ſeine gottloſe falſche Lehre zu deuten*, quibus iterum graviter in eos invehitur. 9.) Denique Synodus Wolgaſt. A. 1586. menſe Julio contra CRUSIUM, Sundenſium Superintendentem, convocata, inter alia ſpeciatim CRUSII quoque Calvinismum damnavit, qui in Art. de *S. Cœna* & *Perſona Chriſti* ad Sacramentarios acceſſerat, generatim vero ea defendenda eſſe ſtatuit, quæ Art. 7. & 8. Form. Conc. hactenus Pomerani receperant. His omnibus tandem Dux Stettinenſis JOHANNES FRIDERICUS, quem hactenus aulicorum fraus faſcinaverat, permotus, FRISIUM Stettino dimiſſum Garzam tranſtulit, à Superintendente COGELERO mox iſtius eccleſiæ Paſtorem inſtituendum.

(†) Vid. *Præf. Ord. Eccl. p. 11. 12.*

§. X.

Ao. 1588 remoto Friſio in Archidiac. ad D. Mar. & munere Lectoris LL.CC. ſucceſſit M. Joach. Stygius, inquieti ac turbulenti ingenii homo, Stymmelio vero, d. 19. Febr. hujus anni defuncto, in Paſtoratu & officio Profeſſ. Theol. Conr. Bergius, uterque Calvinianus, unde cum utroque etiam in Pomerania certandum fuit. Et poſteriorem quidem juſſu Principis Wolgaſt. A. 1589. aggreſſi ſunt Theologi in Synodo Wolgaſti congregati, qua theſes Bergii de *Perſona Chriſti* & *S. Cœna* antehac editas damnarunt. Deinde, cum Anno 1591. Diſputationem ventilaret de *Juſtificatione hominis peccatoris coram DEO*, in eaque ſangvini Chriſti vim denegaret mundandi nos à peccatis, per ſangvinem 1. Joh. I. 7. intelligens meritum Chriſti; Sal. Gesnerus, Pædagogii Rector, publice ei contradixit, ipſi naturali ac eſſentiali ſangvini Chriſti, vi communicationis idiomatum divinorum, vindicans virtutem crimina noſtra expiandi. Cumque hanc ob cauſam Gesnerum ab officio removere tentarent Sacramentarii, obſtitit Ernestus Ludovicus, Dux Wolg. re ad fratrem ſuum Ducem Stett. delata. Tum etiam Jac. Rungius A: 1591. edidit *Frag-Artickel vom Sacrament des Heil. Abendmahls, und von der Perſohn unſers Herrn Jeſu Chriſti, nach welchen ein Gottliebender, frommer, einfaltiger Chriſt in den betrübten gefahrlichen jetzigen Streit von dieſen beyden Artickeln, ſich Chriſtl. richten, und durch Gnade des Heil. Geiſtes für Irrthumb und Abfall von Göttlicher Warheit hüten kan.* Addidur *Bericht vom Pommeriſchen Corpore Doctr.* quo ultimo hoc inprimis evincere ſuſcepit, quod Corpus Doctr. Pom. non alio ſenſu in Pomer. receptum ſit, quam qui menti Lutheri ejusque ſcriptis conformis eſt: Minime itaque illud Sacramentariis Stettinenſibus præſidio eſſe poſſe, qui & in eo graviſſime peccent, quod defenſores Form. Conc. in ſuſpicionem adducere contendant, quaſi Corpus Doctr. abolere velint. Sequente vero anno moritur Bergius ſimulque Dux Wolg. Ernestus Ludovicus, qui tamen etiam teſtamento ſuo Pomeraniæ proſpexerat, ne unquam, toleratis in eà Sacramentariis, horum erroribus infeſtaretur, confirmatis inſuper denuo edictis publi-

publicis olim contra Calvinianos promulgatis. Omnes vero malitiâ vicit BERGII Collega JOACH. STYGIUS. Hic non ſolum GESNERI Diſp. de *Sacramentis*, â Superintendente & ipſo BERGIO approbatam, in publico conflictu maledictis atque conviciis ut *impiam & diabolicam; quæ bene conſtituta eccleſia diſſipentur*, inſectatus eſt, ſed in ipſa quoque S. Cœnæ adminiſtratione totam eccleſiam aliquoties ſcandalis offendit, Theologo Chriſtiano indigniſſimis. Primo nempe, cum GESNERO, adverſario ſuo, ſiniſtra manu hoſtiam porrigeret, additis verbis: *Judicet Deus inter me & te:* Deinde, cum aulico cuidam eandem porrigeret, dicens: *Accipe ſignum Corporis Chriſti.* Nec, cum peculiaris precum formula, contra Calvinianos â Superintendente & JACOBO FABRO, Paſtore aulico, deinde Superintendente, (probe vero diſtingvendo â JAC. FABRICIO, itidem Superintendente Stettinenſe, cujus deinceps mentio fiet.) compoſita, è ſuggeſto recitanda eſſet, eam recipere voluit. His aliisque ſcandalis publicis tandem factum eſt, ut exteri Principes, apud quos Pomerani in Calvinismi ſuſpicionem inciderant, literis compellarent Ducem Stettinenſem JOH. FRIDERICUM. Qui itaque, re accuratius penſitata, generali Synodo controverſias has diſceptare conſtituit. Habita eſt hæc Synodus Ao. 1593. Stettini, præſentibus perſonis illuſtribus quamplurimis, & Theologis ex utroque circulo præſtantiſſimis, inter quos maxime RUNGIUS eminuit. Re diu multumque ventilata, Calviniani tandem *Clerici*, qui ſucceſſive ad BERGIOS, FRISIUM & STYGIUM acceſſerant, ad palinodiam adacti ſunt, STYGIO inſuper nonnullisque aliis Pomerania ejectis; *Politicis* vero ſeveris mandatis ſilentium injunctum eſt. Ne etiam in poſterum eadem fata experiretur Pomerania, tres articuli Form. Conc. de *Perſona Chriſti*, *S. Cœna* & de *Prædeſtinatione*, juſſu Principum publicis typis exſcripti ſunt ſub tit. *Bekäntnis und Lehr der Kirchen in Pommern*, ut eſſent norma doctrinæ in Pomerania, non â Ducibus tantum Pomer. ſed potentiſſimis quoque Sveciæ Regibus deinceps ſæpius confirmata, cui etiam adhuc hodie fidem ſuam juramento adſtringere tenentur ad publica officia eccleſiaſtica in hac Provincia promovendi. Præmiſſa eſt

præfatio Principum, qua, repetitis prioribus edictis publicis, Calviniſmo omnis ſpes in Pomeraniam redeundi præciditur. Poſt aliquot annos STYGIVS edito libello ad priſtinos rediit errores, variis ſimul convitiis impetens orthodoxos antiquæ fidei Pomeranicæ defenſores, inprimis vero RVNGIVM jam ad cœlites evectum, cujus libellum german. *Frag-Artickel vom Sacrament des Heil. Abendmahls* &c. ſpeciatim confutare aggreſſus eſt. Huic vero A. 1597. nomine Theologorum Pomeraniæ libello germ. *Nothwendige Antwort auf* M. JOACH. STYGII *Büchlein* &c. in quo non tantum hiſtoriam belli Sacramentarii Pomer. & inprimis magnæ Synodi Stettinenſis, ſed etiam prolixam confutationem errorum Calvinianorum habes, reſpondit memoratus JAC. FABER, jam Superintendens Stettinenſis. Cæterum Patri JAC. RUNGIO in officio Sup. Gen. A. 1597. ſucceſſit filius FRIDERICVS, Vir pius & juſtus, qui tamen adverſa valetudine, qua continuo laborabat, impeditus, publica zeli ſui ſpecimina edere non potuit.

§. XI.

Illa ætate in Academia noſtra Philoſophiam & ſacras linguas docuit BALTH. RHAW, S. Theol. D. qui etiam, exemplo reliquorum Pomeraniæ Theologorum, in Synodis aliquot, contra Sacramentarios habitis, zelum ſuum adverſus eos egregie declaravit. Ex *Actis Synodorum MS:tis*, ſi ſpatii anguſtia pateretur, variis hoc confirmari poſſet teſtimoniis. Inſtar omnium ſit *fidei confeſſio*, paulo ante obitum A. 1601. coram Confeſſionario ſuo aliisque præſentibus teſtibus edita & concioni funebri inſerta, ita ſonans: *Ich glaube und halte für die Göttliche Warheit, was in denen 3. Haupt-Symbolis, als im* SYMBOLO APOSTOLICO, NICÆNO *und* ATHANASII, *von den Glaubens-Artickeln begriffen und erklahret iſt. Ich bekenne mich auch zu der Augſpurgiſchen* CONFESSION, *und verwerffe im Gegentheil alle falſche Lehr, ſo mit Gottes Wort und vorgedachten* SYMBOLIS *ſtreiten; als da iſt der Papiſten, Calviniſten, Wiedertäuffer, und wie ſie ſonſt mögen genennet werden, und im Streit vom Hochwürdigen Abendmahl bleibe ich allein bey dem bloſſen Wort-Verſtand der Einſetzung unſers Herrn Jeſu Chriſti, und ſetze hindan alle Gloſſen und Deuteley, ſo von menſchlichen Verſtand, unangeſehen wie ſpitzfündig dieſelbe auch iſt,*

her-

herrühret. Es wollen mir etliche beymeſſen, habens mir auch wol fürgeworffen, ich ſey ein Philippiſt, das iſt, ich halte es mit PHILIPPO MELANCHTHONE *in dem Streit vom Hochwürdigen Abendmahl: Aber denen habe ich zur Antwort gegeben, welches ich auch jetzt thue wiederholen, daſs ich zwar frey bekenne, daſs ich des* PHILIPPI *Diſcipel und Schüler geweſen, und ſeiner Inſtitution und Beförderung nützlich gebraucht, aber ich habe zu der Zeit niemal noch von ihm gehöret, noch aus jennigen Andeuten vermercken können, daſs er dem Calviniſchen Schwarm anhengig geweſen. Darumb habe ich auch denen, die mir ſolches vorgehalten, geſagt, man ſolte* PHILIPPUM *des bey ſeinen Leben erinnert haben, was man für Mengel an ihm hätte, er würde ſich wol erkläret haben. Aber damit habe ich nicht wollen, wil auch jetzt nicht* PHILIPPUM, *da er ſeine Meinung vom Hochwürdigen Abendmahl geändert, entſchuldigen, vielweniger falſche Lehre approbiren und rechtſprechen.*

§. XII.

Quamvis autem, quod hactenus docuimus, Pomerani, ad eccleſias ſuas à Calviniſmi veneno conſervandas, omnes adhiberent vires, impedire tamen haud potuerunt, ne temporis ſucceſſu denuo Sacramentarii caput efferre tentarent. Auſus hoc eſt Ao. 1603. Politicus quidam in aula Camminenſi Ducis FRANCISCI, feliciorem ſibi promittens ſucceſſum, quam hactenus illius ſectæ fratres experti erant. Ne tamen ex hujus hominis pravis machinationibus damni quid pateretur eccleſia Camminenſis, effecit induſtria atque zelus ADAMI HAMELY, concion. aulici, ſcriptis pariter ac ſermonibus publicis omnem impendentis curam, ut in ipſa, quod ajunt, herba extinguerentur. Vid. CRAMERUS *l.c.f.136.* Idem hoc ipſo anno zelus in BOGISLAO XIII. magno Orthodoxorum Patrono atque fautore conſpicuus fuit, cum, moderamine circuli Stettinenſis ſuſcepto, in Comitiis denuo invariatæ Aug. Conf. doctrinam confirmaret, damnatis quibuscunque corruptelis atque erroribus, apud CRAMERUM *l.c.f.139.* Hoc Patrui exemplum imitatus eſt A. 1606. PHILIPPUS JULIUS, Dux Wolgaſt. apud KRAKEVITZIUM *in der Warnung, p. 114.* (*) Quod etiam A. 1608. ſecutus eſt PHILIPPUS II. Patris BOGISLAI XIII.

in Regimine Stettinenſi ſucceſſor digniſſimus, apud Cramerum *l. c. f. 157.*

(*) Ubi verba receſſus comit. ita fluunt: Und ſo viel anfänglich den Statum Eccleſiaſticum betrifft/ erinnern wir uns gnädig/ daß nebenſt vielen Chur-fürſten/ und andern Ständen des Heiligen Römiſchen Reichs/ unſere Anteceſſo-ren und Vorfahren/ Hochlöblichen Chriſtmilden Angedenckens/ nicht ohne groſſe Mühe und Gefahr/ ſich zu der/ Anno 1530. damahlen Regierenden Römiſchen Käyſer/ CAROLO dem Fünfften des Namens/ Hochlobſamen Angedenckens/auf öffentlichem allgemeinen Reichs-Tage/ zu Augſpurg übergebenen Confeſſion, und Chriſtlichen Bekändtnüß/ ſo wol auch unſer/ in GOtt ruhender/ Herr Vetter/Va-ter/ und geweſener Vormundt obgedacht/ allewege/ Zeit S. L. Lebens/ bekandt/ wir uns auch bey Intritt und Anfangung unſer Fürſtlichen Regierung/ gegen da-malen anweſende/anſehnliche und vornehme Land Stände freywillig erkläret/daß wir auch für unſere Perſohn/ Zeit unſers Lebens/ beſtändiglich dabey bleiben/ und von ſolcher unverenderten/ und Anno 30. übergebenen Confeſſion, ſo auf GOttes unfeilbarem Heiligen Worte/ und den Prophetiſchen und Apoſtoliſchen Schriff-ten gegründet/ nicht abweichen/ oder uns davon ableiten laſſen wollen. Welche einmahl von uns beſchehne Erklärung wir in jetziger löblichen Landes Verſamm-lung anderweit wiederholet/ und daneben/ daß keine frembde verworffene/ und hiebevor verdampte Religionen und Secten/ ſo nur zerrüttung Kirchen und Schu-len/ ärgernüß armer einfältiger Leute/ und gefährliche Sicherheit/ daraus Verach-tung Göttliches Wortes/ und Verwirrung blöder Gewiſſen folget/ verurſachen pfleget/ einſchleichen mögen/ fleißige Achtung zu geben/ hiemit uns wollen aner-boten haben.

§. XIII.

Progredimur jam ad A. 1614. & 1615 quibus in *Marchia Bran-denburgica*, hactenus ſoli Lutheranæ fidei addicta, ipſo Electore ad Calvinianorum caſtra tranſeunte, Sacramentariis ſ. Refor-matis liberum conceſſum eſt religionis exercitium, Pelargo, Marchiæ Superintendente, non eo, quo par erat, zelo reſiſtente, ſed ipſomet potius adverſariorum partes amplectente. Pome-rani itaque, ne malum, latius indies ſerpens, ipſam ſuam occu-paret provinciam, omnibus viribus reſtiterunt. Et primo qui-dem Philippus Julius, Dux Wolg. A. 1614. in comitiis denuo ſolius invariatæ Aug. Conf. fidem confirmavit, damnatis hære-ſibus omnibus in ea rejectis. (†) Quod etiam A. 1616. Stettini egit illius circuli Princeps Philippus II. teſte Krakevitzio *in der Warnung p. 126.* Deinde etiam Theologi ſcriptis inſtitutisque colloquiis Marchicorum Calvinianorum machinationibus con-

tradi-

tradixerunt. Quid CONR. SCHLÜSSELBURGIUS, Super. Stralſund. & DAN. CRAMERUS, Stettinenſis, contra PELARGUM præſtiterint, ipſe paucis refert CRAMERUS *l. c. f. 194.* Uterque vero aliis quoque ſcriptis zelum ſuum adverſus Reformatos declaravit. Et prior quidem celebri opere *Catalogi hæreticorum*, A. 1597 - 1611. it. *Theologia Calviniſtarum* A. 1592. & denique *Proba Sacramentarii Spiritus*, A. 1598. Alter vero *Sana Doctrina de Prædeſtinatione*, A. 1611. it. Lib. *de Diſtingvendo Decalogo quoad præceptorum numerum*, A. 1612. & denique Lib. *de Deſcenſu Chriſti ad inferos*, A. 1615. maxime vero in *Chron. Pom. Eccleſ.* A. 1603. *in 4.* & 1628. *in Fol.* Omnes tamen ſcriptorum numero animique magnitudini vicit BARTHOLDUS KRAKEVITZIUS, Wolg. circuli t. t. Superint. Gen. 1.) Enim edicto Electorali, de elencho Reformatorum in concionibus omittendo, oppoſuit Diſp. de Ἐλέγχου *doctrinæ & Doctorum Calviniſticorum neceſſitate* A. 1614. 2.) Eod. Anno edidit *Illecebras Sacramentarias*, ſ. *Demonſtrationem mediorum, per qua doctrina Calviniſtica paſſim hodie propagatur & magnatibus inſinuatur.* 3.) A. 1616. duas evulgavit Diſpp. Primam *de Cœna Domini, erroribus Sacramentariorum, & Confeſſioni præcipue Reformatarum eccleſiarum, juſſu Sereniſſ. Electoris Brandenb. publicata, oppoſitam.* Alteram vero de *Omnipræſentia Chriſti θεανθρώπου.* 4.) A. 1617. Diſp. de *Præpoſtera rituum eccleſiaſticorum & exorciſmi inſpecie abrogatione.* 5.) A. 1618. Diſp. de *Irreligioſa altarium demolitione.* 6.) Item Diſp. de *Univerſali ſatisfactione Chriſti pro omnibus omnium hominum peccatis.* 7.) Eod. anno edidit ſcriptum Germ. *Geiſtliche und in Gottes Wort wolgegründete Warnung an alle und iede Gemeinen im Löblichen Hertzogthum Pommern, daſs ſie ſich für Calviniſche Lehre und Neuerung, ſo wol alle insgemein, wie auch ein jeder Chriſt inſonderheit, mit Fleiſſ fürſehen ſollen,* quo inprimis fundamentales Reformatorum errores egregie demonſtravit, docens ſimul, Calvinismum vi legum fundamentalium in Pomerania eſſe intolerabilem. 8.) A. 1622. evulgavit *Conſultationem Theol. qua, Principibus Lutheranis miniſterium Conſiliariorum Calvinianorum ſuſpectum eſſe debere & fugiendum, oſtenditur.* Subjuncta eſt GEORG. MYLII *Synopſis Comœdiæ Munica.* 9.) A. 1622. edidit: *Chriſtliche Urſachen, warümb ein Lutheriſcher Chriſt ſich für Heyrathen mit den*

Digitized by Google

Sacramentirern wol furzuſehen habe. 10.) A. 1629. *Chriſtl. und Gottes Wort zuſtimmenden Beichtſtul.* 11.) A. 1636. *Zehen Chriſtl. Urſachen, warümb die Lutheriſchen Prediger, in denen Vor-Pommeriſchen Gemeinen, mit guten Gewiſſen nicht verſtatten können, daſs Leute, der Calviniſchen verdammten Religion im Leben kundbar und hartnäckigt zugethan, mit denen unſern Kirchen gebräuchlichen Solennitäten, nach ihren Tode bey ihnen beſtätiget und begraben werden.* Non minus vero cæteri Pomeran. Theol. συγχρονοι zelum ſuum adverſus Reformatos egregie declararunt. Ex his Barthol. Battus, Paſt. Jac. & Theol. Prof. celeb. A. 1608. Diſp. *de S. Cœna* Sacramentariorum errores confutavit. Deinde A. 1611. *veram ſanamq; de Ritibus eccleſ. ſ. adiaphoris doctrinam* defendit contra eosdem. Porro A. 1621. *Vindicias* edidit *veritatis de Poſſibilitate apoſtaſias Sanctorum;* item Diſp. *Contra vanam Calviniſequarum de Orthodoxia gloriationem;* nec non *Piam medit. ſalutiferæ paſſionis & mortis Chriſti*, contra eosdem. Denique tribus Diſpp. A. 1605. edi cœptis, *de æterna ſalvandorum prædeſtinatione*, Reformatorum abſolutum decretum profligavit. Idem egit Lic. Balth. Rhaw, Theol. Prof. & Paſtor Mar. 1.) *Theologia Catechetica.* 2.) *Theologia Polemica*, à Zach. Grapio edita, qua etiam fundamentalem diſſenſum Lutheranorum & Reformatorum demonſtravit, Syncretismo, ut Theologum Pomeranum decebat, abſolute damnato. 3.) Hoc ipſum ex inſtituto perſecutus eſt in tr. *Angelus tenebrarum, in reformatione Lutherana religionis Calviniſtica obvelatus, qui ſeſe transfigurat in Angelum lucis, offerendo Reformationem, quæ eſt ſeductio, pacem, quæ eſt ſine veritate, mel in ore, fel in corde, detectus* in variis Diſpp. A. 1638 Maxime vero omnium zelus Pomeranorum illius ætatis ex eo elucet, quod hoc tempore, quo periculum jam propius imminebat, publicis quoque precibus: *O Herr Gott Vater aller Barmhertzigkeit* &c. (à Jac. Fabricio, Sup. Stettinenſe, A. 1634. conſtituto, compoſitis) Calvinianorum nomen inſeruerint: *Steure hingegen den Papiſten, Calviniſten, und allen andern Rotten-Geiſtern, die dein ſeligmachendes Wort verfälſchen*, quibus adhuc hodie eccleſia noſtra utitur. (*)

(*) Huc etiam pertinent *Reformati*, in antitheſi Art. 10. nomine *ſecus docentium* damnati, Docet hoc teſtimonium Georgii Spalatini, Elect. Sax.

Sax. JOHANNI à concionibus aulicis, quique A.1530. non ſolum ipſe Comitiis Auguſt. intererat, ſed omnium quoque conſiliorum, quæ de Aug. Conf. elaboratione agitabantur, erat conſcius, ideoque certiſſimum de mente Confeſſorum dicere potuit teſtimonium. Vid. SELNECCERI Or. *de Vita Lutheri, p. m.* 167. edit. *Mayer.* & qui Vitam SPALATINI ſcripſerunt MELCH. ADAMI atque CHRIST. SCHLEGELIUS.) referentis: **Bey jeden Articel des Glaubens hat man auch die Gegen-Lehre und irrige Meynung und Ketzereyen / als Sacraments-Schwermer / Wiedertäuffer / ꝛc. verworffen /** apud JOH. MARBACHIUM **im Unterricht vom Abendmahl** *p.* 550. Jam vero Reformatorum error de Sacra Cœna vel maxime à Proteſtantibus improbabatur. Ergo præter Anabaptiſtas ipſi etiam Reformati Art. 10. damnati ſunt. Cæterum verba Receſſus comit. ita ſe habent: **Inſonderheit thun wir die hiebevor von uns / in öffentlicher Land-Tages-Verſammlung / beſchehne Erklärung / anderweits** repetiren **und wiederholen / daß wir nehmlich bey der einmahl erkandten und bekandten Wahrheit / ſo in der Augſpurgiſchen unveränderten** Confeſſion, A. 1530. CAROLO **dem Fünfften / Römiſchen Käyſer / übergeben / und auf GOttes unfeilbarem allein ſeeligmachendem Worte / Prophetiſchen und Apoſtoliſchen Schrifften / gegründet / mehrer länge nach / enthalten / vermittelſt Verleihung Göttlicher Hülffe / biß in unſere Sterbens-Grube / nicht allein beſtändiglich verharren / alle darinn verworffene / und hiebevor verdammte Religion / Secten und Schwärmerey / in dieſen unſeren Landen nicht gedülden / ſondern auch unſere gehorſame Stände jederzeit dabey ſchützen / und alles / was dawieder lauffen / oder heimlich einſchleichen würde / ſo offt es nöthig / mit ihrem Rath und Bedencken / abſchaffen wollen / welches ſie alles mit unterthänigem Danck** acceptiren **/ und in allen mit uns einig geweſen.** apud B. KRAKEVITZIUM **in der Warnung** *p.* 119. Quibus addit KRAKEVITZIUS *p.* 120. **Aus angezogenem allem erſcheinet ja hell und klar / wie ſorgfältig unſere / in GOtt ruhende / hoch- und wohlgeehrte Vorfahren / Calviniſchen Irrthümen entgegen gebauet: Wie auch / ſo wohl unſere itzige löbliche hohe Obrigkeit / als dero unterthänige / getreue und gehorſame Land-Stände / ſich wieder dieſelbige mit dürren / wohlbedachten Verpflichtungen verwahret. Welches alles dann nicht allein der Calviniſten zuvor** allegirten **Lügen den Garaus machet: Beſondern auch allen auffrichtigen Chriſtlichen Pommeriſchen Hertzen / (dafern ſie nicht in GOttes Sachen / alle wohlerwogene / und Chriſtliche beſtätigte** Revers **und Verpflichtungen / nach Arth des Calviniſchen Geiſtes / für ungültig halten wollen /) bey der einmahl erkandten / und bißdahero bekandten Lutheriſchen Glaubens-Einfalt / beharlich auszudauren / eine treffliche bewegende Urſache ſeyn ſoll.** Digna ſunt verba, quæ hodiè probe notentur.

(*) In ipſis *Agendis Pom. Eccl. fol.* 323. *a.* precibus publicis, finitis concionibus e ſuggeſto recitandis, inſertus eſt elenchus nominalis contra *Papiſtas* & *Turcas*: **Das auch der allmächtige barmhertzige GOtt den Greuel des Antichriſts im Pabſtthum und unter den Türcken ſteure.** Deinde STYMMELIUS *Calvinianorum* nomen in hymno Jubilæo, adverſus eos compoſito, expreſſit, apud CRAMERUM *l. c. Lib. 4. f.* 30. Porro Stettini, durante bello Sacramentario, idem factum eſt in precibus eccleſ. publicis, referente MICRÆLIO *Lib. 3. P. 2. p.* 617. Et horum veſtigia preſſit JAC. FABRICIUS, ſine dubio

publica Principis auctoritate, qui A. 1634. in Comitiis denuo leges Provinciæ *fundamentales*, religionem concernentes, confirmaverat, docente KRAKEVITZIO. in der Warnung *p.* 122.

§. XIV.

Eundem adverſus Reformatos affectum hæreditario quaſi jure traditum accepit magni Krakevitzii in munere Sup. Gen. ſucceſſor, idemque gener. digniſſimus, Moebvius Völschovius. Ideoque exemplo ſoceri variis editis ſcriptis polemicis zeli ſui adverſus Reformatos luculentiſſima edidit ſpecimina. Et 1.) quidem A. 1643. *Conſultatione de Pace religionis, ſ. de Trium Sectarum, Pontificia, Calviniana & Sociniana cum Lutheranis Syncretiſmo.* 2.) Eod. anno Diſp. *de Æterna ac immutabili DEI voluntate circa hominum ſalutem vel reprobationem, ex Ezech. XXXIII. 11.* 3.) A. 1649. Diſp. *de Salutifera paſſione CHRISTI.* 4.) Eod. anno Diſp. *de Communione naturarum & idiomatum in CHRISTO.* 5.) A. 1650. *im Chriſtl. Bedencken, wie, nach erlangten gemeinen Frieden zu* Osnabrüg, *auch der Kirchen-Fried durch Gottes Gnad zu erhalten.*

§. XV.

Völschovium excepit Vice-Superint. Joh. Beringius, ad D. Mar. Paſtor, ſimulque Theol Prof. hujus Acad. Is jam in itinere Belgico adhuc juvenis ex diſputationibus, cum Calvinianis inſtitutis, ipſorum hoſtium laudem reportavit. Ita enim in *Progr. fun.* refert Joh. Heunius: *Siquidem ad publicos* (in Acad. Franequerana) *diſputationum conflictus invitatus, orthodoxam invariata Aug. Conf. doctrinam ita propugnavit ſubinde, ut ipſis adverſariis teſtimonium laudabiliter defenſæ theſeos Lutheranæ vel invitis extorſerit. Quod aliquando faſſus eſt* Guil. Amesius *in Diſp. contra* Maccovium *inſtituta. Eandem quoque & eruditionis & acuminis palmam obtinuit Lugduni Batav. ubi, in publica diſputatione à* Georg. Poltandro, *ſene, auditus, hoc elogium reportavit: Ego doctiorem juvenem nunquam vidi.* Deinde ad Theolog. Profeſſ. promotus, variis Diſpp. publice ventilatis Calvinianorum confutavit errores. 1.) Nempe A. 1646. *integro Collegio Anti-Calviniano,* per modum Diſpp. evulgato.

in-

2.) Eod. anno Diſp. Inaug. *de Manducatione & bibitione carnis & ſangvinis Chriſti ſpirituali.* 3.) A.1648. Diſp. *contra Fundam* *Davidis* HENR. A DIEST, Theol. Daventr. 4.) A 1649. *de Omnipræſentia carnis Chriſti.* 5.) Eod. anno *de Deſcenſu Chriſti ad inferos.* 6.) A. 1651. *de Satisfactione Chriſti.* 7.) Eod. anno *de Sacramentis in genere.* 8.) A. 1652. Triga Diſpp. Theol. *de Troporum in SS. Theologia abuſu.* 9.) Eod. anno *de Unionis hypoſtaticæ myſterio.* 10.) A.1653. *de Duabus naturis in Chriſto.* 11.) Denique A. 1656. *de Fide infantum.* Eo tempore in Academia hac extra ordinem Theologiam docuit JO. FRID. KÖNIGIUS, vir multa laude digniſſimus, cujus extant Diſpp. contra Reformatos hic ventilatæ, 1.) A. 1653. *de Sudore ſangvineo Chriſti patientis.* 2.) Eod. anno *Hiſtoria Neſtorianiſmi.* 3.) A.1654. Diſpp. 3. *de Perſona, ſtatu & officio Chriſti*, contra FRID. BECMANNUM. 4.) Eod. anno *de Seſſione Chriſti hominis ad dextram DEI.* Pari zelo hac ætate Stetini Calvinianos perſecutus eſt Pædagogii Rector celeb. JOH. MICRÆLIUS. Is nempe præter *Chronicon Pomer.* & *Hiſtoriam Eccleſ.* à DAN. HARTNACCIO continuatam, quibus Calvinianorum Pomeran. hiſtoriam accurate recenſuit, contra Reformatos evulgavit 1.) A. 1650. *Heterodoxiam Calvinianam de Prædeſtinatione.* 2.) A. 1651. *Decadem alteram Diſpp. de Heterodoxia Calvin.* 3.) A.1654. *Orthodoxiam Lutheranam in Art. de Salute hominum.* 4.) A.1655. *Soliditatem orthodoxiæ Luther. in quæſt. de Salute hominum*, contra JOH. BERGIUM. 5.) A. 1665. *Doctrinam de Perſona Chriſti ab heterodoxia Calvin. vindicatam.* 6.) Denique eod. anno *Aſſertionem doctrinæ de Idiomatum in Chriſto communicatione.* Cæterum hoc inprimis tempore zelus Pomeranorum vel maxime confirmari cœpit, cum Sereniſſ. ac Potentiſſ. Svec. Rex CAROLUS GUSTAVUS A.1655. *in der Inſtruction und Forma, wornach in Pommern und Rügen die General-Viſitation zu halten und anzuſtellen*, ſolius invariatæ Aug. Conf. item Conf. Pomer. de tribus Art. controverſis, ex Form. Conc. in Synodo Stetin. A.1593. receptæ, doctrinam denuo ratam firmamque feciſſet, excluſis damnatiſque omnibus hæreſibus dictis confeſſionibus adverſantibus. (†)

(†) Ver-

(†) Verba hæc ſunt: Hiernegſt und fürs dritte / wann ein Terminus zur Viſitation angeſetzet und herbey kommen / und die Viſitatores angelanget / ſoll eine Predigt gehalten werden / ſonderlich in Städten / von der Viſitation, was ſie ſey / und wie ſie von GOtt geboten / und ſo wohl im Alten / als Neuen Teſtament / gehalten ſey / und wo ſie zu diene / mit Ermahnung / daß ein jeder gehorſamlich und gewertig dazu helffe / GOtt / daß er ſeine Gnade und Segen dazu verleihen wolte / inbrünſtig anruffe. Darauff verſamlen ſich die Verordnete zur Viſitation am beſtimmten Orte miteinander / und wird zuförderſt das Miniſterium, nebſt den Küſtern / wie auch Kaſten-Kirchen- und Armen-Vorſtehern / wie nicht weniger bey Viſitation der Schulen / die Schul-Collegen vorbeſchieden / und mit der Inquiſition 1.) *In Doctrinam Doctorum & Paſtorum*, ob auch wieder die Heilige Schrifft / welche in den Büchern der Propheten und Apoſteln enthalten / wieder die unverfälſchte Augſpurgiſche Confeſſion, im Jahr 1530. Käyſer Carln dem V. übergeben / und die drey Haupt-Symbola, wie auch wieder die Bekändtnüß und Lehre der Kirchen in Pommern / von Anno 1593.] ꝛc. irrige Lehren geführet / oder ſonſt ungewöhnliche phraſes gebrauchet / und Neuerungen vorgeben / ꝛc. ꝛc. Und wird wieder die / ſo verdammte Lehre vorgeben und vertheidigen wollen / und reiner Lehre heimlich und öffentlich wiederſprechen / hiemit vorige Vollmacht / aus beſagter Kirchen-Ordnung pag. 77. & ſeqq. renoviret / alſo daß / ferner Ungelegenheit zu vermeiden / auch nach beſchaffenen Sachen / mit der incarceration, remotion, oder ſonſten / vermöge des Land-Tages Abſchieds / welcher im Jahr 1556. zu Stettin auffgerichtet / durch die Viſitatores verfahren werde. Vid. RANGONIS *Svecia Orthodoxa p. 231.* item *p. 217. ſqq.*

§. XVI.

Hoc itaque fretus præſidio BERINGII ſucceſſor ABR. BATTUS, hactenus Theol. Prof. & Paſt. Jacob. ſtrenue contra Reformatos pugnare perrexit, variis ſimul Diſpp. antiquam Pomeran. fidem aſſerens, ut 1.) A. 1655. *de Virtute & efficacia baptiſmi.* 2.) A. 1656. *de Præſentia carnis Chriſti.* 3.) A. 1657. *de Materia interna Cœnæ Domini.* 4.) A. 1660. *de Adſcenſione Chriſti ad cœlos, & ſeſſione ejus ad dextram Patris.* 5.) A. 1665. *de Teſtamento JEſu Chriſti non violando.* 6.) *de Paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti*, A. 1667. Auxit deinde Theologorum induſtriam atque zelum ſingularis CAROLI XI. erga Deum purioremque evangelii doctrinam pietas. Hic namque glorioſiſſ. mem. Rex non ſolum A. 1662. univerſali per totum Sveciæ regnum omnesque ei ſubjectas Provincias promulgato edicto conſilia Syncretiſtica Epiſcopi Stregnenſis JOH. MATTHIÆ damnabat, ne ullibi iis locus concederetur, jubens, quod iterum B. RANGO *Svecia Orthodoxa p. 241. ſeqq.* inſeruit, qui etiam p. 249. refert, juſſu Regis hoc edictum à Conſi-

ſtorio

ſtorio in Pomer. & Rugia publice fuiſſe promulgatum: Sed ſequente etiam anno 1663. idem Rex clementiſſimus ſuo, omniumque ſucceſſorum, imo totius regni Svecici nomine, *in der Regiments-Verfaſſung in Pommern, denen Herren Land-Standen extradirt*, ſimpliciter excluſis proſcriptisque quibuscunque hæreſibus, invar. Aug. Conf. Ordin. eccleſ. & Conf. Pom. de A. 1593. contrariis, ſolius Evangelico-Lutheranæ religionis exercitium in Pomer. denuo confirmabat, (*) ita, ut neminem ad illuſtre Regiminis vel aliud quodcunque collegium promoveri vellet, niſi antea memoratis Confeſſionibus eſſet addictus. (**) Quod porro ipſi Commiſſarii Regii, conſentientibus Ordinibus, eod. anno *im Haupt-Commiſſions-Reces* ratum firmumque habuerunt. (***) Qui proinde *Receſſus* cum præcedente *Regiminis forma* extra controverſiam vim legum fundamentalium in Pomerania obtinent. His itaque præſidiis muniti Pomerani, & inprimis Theologi, antiquam Pomeraniæ fidem, Theologicæque libertatis exercitium contra Reformatos eorumque fautores ſtrenue defenderunt. Primam occaſionem præbuerunt ipſi Ordines provinciæ noſtræ, eorumque hortatu illuſtr. Regiminis Collegium, A. 1663. (procul dubio in gratiam Calvinianorum Marchicorum & Syncretiſtarum Caſſelenſium, qui A. 1661. negato Luther. & Reform. diſſenſu fundamentali, unionem fecerant eccleſ.) Theologis Pom. elencho adverſus hæreticos, & quoscunque alios errores, extra Pomeraniam diſſeminatos, publico mandato interdicens. Hoc vero cum ad exteros perlatum eſſet, Pomeranos, & inprimis Theologos, in ſuſpicionem Syncretismi adduxit. BATTus ergo Superintendens, Paſtorum ac Præpoſitorum, præcipue vero Facultatis Theologicæ ſuffragiis adjutus, merito Regiminis mandato contradixit. Cumque hoc ad ſaniora conſilia ſeſe flecti haud pateretur, rem ad ipſum Regem regnique Svecici Epiſcopos detulit, maxime urgens apud Regem leges Pomer. fundamentales, ab ipſomet vel confirmatas. Quo tandem factum, ut A. 1664. Regio mandato hoc Regiminis edictum prorſus tol-

GOttes Gnade überlebten Krieges-Zeiten / an unſern nunmehr Landes-Einwohnern und Unterſaſſen vielfältig verſpühret / und erinnern / auch der ſchuldigen Liebe und Treue / damit ſie uns als ihren Ober-Haupt verbunden / hinführo uns feſtiglich verſichert halten / und umb deßwegen unſere Gedancken und Sorgfalt dahin richten wollen / damit ſie bey der theuren edlen Beylage des reinen Worts GOttes / dazu ſie durch gnädige Hülffe des Allmächtigen / und ausgeſtandener groſſen Gefahr und Bemühung offt Hochgedachter Hertzogen zu Pommern / indem ſie von Ihnen nicht allein von der Heidniſchen Blindheit errettet / ſondern auch von andern abergläubigen Irrwegen befreyet ſind / beforderlich hinferner durch Unterhaltung Göttlicher Gnaden-Hülffe beharlich verbleiben; Wir aber / zu Erlangung ſolcher Chriſtlichen Intention, kein dienlicher Mittel wiſſen / denn daß / neben Anruffung GOttes des Allmächtigen ümb Erhaltung ſeiner Ehre und Lehr in unſern Pommeriſchen Landen / und allerſeits führung eines Chriſtlichen Wandels / wir und unſere Nachkommen daran und ob ſeyn / damit über den Fundamental-Geſetzen / und ſonderlichen Verſehungen / die poſt Religionis Pontificiæ Reformationem in ſolchen Landen mit einhelliger Belibung eingeführet / beſtändig gehalten / die einmahl erkandte und bekandte Warheit des ſeligmachenden Wortes GOttes / neben den H. Sacramenten / nach der Einſetzung Chriſti / den Prophetiſchen und Apoſtoliſchen Schrifften / den dreyen Haupt-Symbolis, der zu Augſpurg Anno 1530 den 25. Junii Käyſer CAROLO dem V. übergebenen erſten unveränderten Confeſſion, und dadurch folglich erlangten Religion- und Prophan-Frieden / imgleichen ſelbiger Lande löblichen Kirchen-Ordnung und Agenden, wie auch der Bekäntniß und Lehr der Kirchen in Pommern de A. 1593. und allen andern / unſers Lutheriſchen Glaubens-Bekäntniß halber / in ſolchen Landen ergangenen alten und neuen General- und Special-Abſchieden / und darauf publicirten Edicten unverrückt laſſen / und dabey unſere Landſtände und Unterthanen ſchützen und handhaben / auch keine neue von oberwehnter Confeſſion in Doctrinalibus aut Ceremonialibus abweichende Religion zu einigen Zeiten per obliquum aut directum einführen / oder / daß ſolches geſchehe / verhengen / als daß keine Reformation in der wahren Religion über kurtz oder lang / und zu keinen Zeiten veranlaſſet noch geduldet / ſondern denen deshalb vorkommenden Neuerungen zeitig und ſo fort obviiret / und durch zulängliche Mittel abgeholffen werden ſolle. Geſtalt wir denn für uns / unſere Succeſſoren und die Cron Schweden / uns hiemit verpflichten / daß wir unſere ſämptliche Landſchafft / alle und jede Kirchen / Schulen / Klöſter / inſonderheit das Kloſter zu Bergen im Fürſtenthum Rügen / Aembter / Städte / Flecken / Dörffer und andere Pertinentien unſers Hertzog- und Fürſtenthums / Graffſchafft / Herſchafft und anderer Länder / wie denn auch in ſpecie die beyden vornehmſten Seminaria, als die Academiam zu Greyffswald / und Pædagogium in Alten Stettin / bey dem üblichen Exercitio ihrer Religion und Ceremonien überall friedſahm und unverhindert laſſen / ſie auch für uns / unſere Succeſſoren / und die Crohn Schweden / mit allen Kräfften und Vermögen nechſt Göttlicher Hülffe dabey ſchützen / auch allerſeits daran und ob ſeyn wollen / damit ſie in ihren Stande / wie itzo zu befinden / dotiret und begnadet / nicht allein gelaſſen / conſerviret / und auf die Nachkommen für und für gebracht / ſondern auch mit mehreren Einkünfften ſamt guten Ordnungen verbeſſert werden mögen.

(**) *Tit.* 3. von dieſer Lande Regierung insgemein. Haben demnach durch

Ver-

Verleihung GOttes Gnade es dahin gerichtet/ daß die ordentliche Dicaſteria, als das Hof und geiſtliche Conſiſtorial-Gericht/ item: Land- und Stadt-Gerichte/ auf Weiſe und Maaß/ wie ſie albereits hiebevor in der Hofgerichts- und Kirchen-Ordnung/ wie auch Conſiſtorial-Inſtruction und andern dieſer Lande Fundamental-Satzungen/ und ſonderbahren Gewohnheiten und Privilegien fundiret/ und auf itzige Zeiten mit gemeinen Rath accommodiret werden müſſen/ unverändert verbleiben/ und in ſolchen Stande/ daß ſie/ ſämtliche Einwohner/ dabey keines Mangels oder Abgangs ſich zubeklagen/ gelaſſen. Indeſſen aber/ und ſo viel dieſer Lande gemeinen Statum und deſſen Verſehung betrifft/ weil wir in Perſohn/ wegen der uns in unſerer Crohn obliegenden Königlichen ſchweren Ampts-Verrichtungen/ in Pommern nicht reſidiren können/ ſo haben wir für nothwendig befunden/ daß dieſelbe Sachen/ welche unſern und den gemeinen Statum oder Wohlfahrt aller Stände/ imgleichen auch die Publica, als Reichs Kreyß- und andere gemeine Sachen betreffen/ in unſern Nahmen unter ein Directorium gezogen/ und dazu ein gewiſſes Collegium Regiminis von gewiſſen und im folgenden Titulo ſpecificirten Perſohnen fundiret und bewiedmet werden ſolle. Und erklähren uns hiebey dahin/ daß wir dazu keine andere als eingebohrne Patrioten/ oder die/ ſo des Juris Indigenatus fähig/ und welche ſich zu der ungeänderten Augſpurgiſchen/ und in den Pommeriſchen Landen angenommenen/ und bis dato durch GOttes Gnade in Lehr und Ceremonien beybehaltenen Lutheriſchen Confeſſion und Kirchen-Ordnung bekennen und halten/ auch des Landes Sitten und Rechte/ bevoraus der Fundamental-Satzungen und nützlichen Verfaſſungen kündig/ auch unter uns und der Crohn Schweden gnugſam geſeſſene annehmen/ auch ſowohl bey dieſen Collegio, als den Hoff- und Conſiſtorial- wie auch Land-Gerichten fürgeſetzet/ und ſie darwieder durch niemandes beeinträchtiget werden ſollen. Geſtalt wir denn Krafft dieſes ſtatuiren und verordnen/ daß hinführo und zu ewigen Zeiten/ zu dieſer Lande und allerſeits Einwohner Regierung und andern Collegiis behuſigen Bedienungen/ wie auch zu des Thum-Capituls zu Cammin Prælaturen und Canonicaten/ keine andere/ als von obengedachten Condition und Qualität/ beſtellen und gebrauchen laſſen wollen.

(**) His verbis: Anfänglich iſt in Chriſtlicher Gebühr betrachtet/ was für groſſe unausſprechliche Gnade und Güte des allerhöchſten GOttes dieſem Lande und deſſen Einwohnern verliehen/ daß/ nachdem ſolches eine geraume Zeit in der Päbſtlichen Finſterniß und Irrthümern geſtecket/ Sie davon durch die heilſame Reformation und Lehre D. LUTHERI befreyet/ und zu dem Lichte und Erkäntnis der Warheit wiedergebracht/ und ſowohl vorhin/ alſo noch itzo/ nach Abgang der uhralten Fürſtl. Pommeriſchen Stämmen/ mit einer ſolchen Hohen Landes-Obrigkeit beſeeliget/ welche der unveränderten Augſpurgiſchen Confeſſion zugethan/ und dabey dero Unterthanen zu erhalten und zu ſchützen ſich für allen Dingen angelegen ſeyn läſſet. Demnach bey itzigen Verfaſſungs-Werck billig die erſte Sorgfalt dahin gerichtet worden/ wie ſolche Religion in dieſen Landen/ und ein rechtſchaffener GOttes-Dienſt befodert und erwieſen würde. Soll demnach die Prophetiſche und Apoſtoliſche Lehre/ wie

Digitized by Google

wie dieſelbe in der Heil. Schrifft/ den 3. Haupt-Symbolis, der unveränderten Augſpurgiſchen Confeſſion, und darauf folgig erlangten Religion und Prophan-Frieden verfaſſet/ hinfürters alleine in den Kirchen und Schulen getrieben und gelehret/ die Land-Stände und Unterthanen dabey gelaſſen/ erhalten und geſchützet/ kein ander dawieder lauffendes Exercitium verſtattet/ ſondern allen Irthümen und Secten, ſo das reine Wort GOttes verfälſchen/ geſteuret werden. Inmaſſen Ihro Königl. Maytt. deſſen allen die Land-Stände in den General-Privilegien und bey der Regiments-Form mit mehren verwahret und verſichert haben/ daß anhero es zuwiederholen überflüßig.

(†) Vid. RANGONIS *Svecia Orthodoxa p. 281. ſqq.* Addimus, quæ hac de re JO. MICHAELIS & ABR. BATTUS in *Lib. Decan. Facultatis noſtræ* retulerunt. *Ille* ſequentia habet: *Alterum Clero hoc anno intentatum præjudicium conſiſtit in Edicto de 19. Nov. Stetini edito,* (A. 1663.) *quo non minus toti Rev. Miniſterio Pomeranico, quam Doctoribus Theologis, ſingulatim vero Theologicæ noſtræ Facultati, certi limites ratione officii Elenchtici & Controverſiarum religionis præfigere allubitum eſt. Cum autem & in hoc Edicto varia continerentur, quæ libertatem officii Elenchtici, prout illa à Spir. S. in S. literis determinata eſt, infringere & labefactare viderentur, Rev. Dn. Superintendens, collectis variis tum à Facult. noſtra Theol, tum reliquis Theologis & Præpoſitis hujus Provinciæ judiciis, iniquitatem hujus edicti non ſolum remonſtravit Illuſtri Concilio Regiminis, verum & Facultas noſtra Theologica eandem hujus Edicti inconcinnitatem eidem ſcripto aliquo, me indigno interprete, ad animum revocavit. Cui cum nihil amplius requireretur, quam tenorem hujus Edicti eſſe reſpiciendum, quo* εὐταξία *& tranquillitas Eccleſiæ Patriæ noſtræ ſolum intenderetur, & vero hoc malagmate vulnus, libertati noſtræ Theologicæ & Eccleſiaſticæ præfato edicto inflictum, non ſanaretur, porro hoc nomine ad Archi-Epiſcopum & reliquos Regni Svedici Epiſcopos nomine Miniſterii Pomeranici ſcriptum eſt, ut in comitiis Regni hanc communem Eccleſiæ Lutheranæ cauſam S. R. Majeſtati & Statibus Reipublicæ commendarent, ne hoc ipſo janua ad Syncretiſmum (à quo per DEI gratiam alienæ eſſent Eccleſiæ iſtius Regni,) quam latiſſime aperiretur.* Pergit BATTUS: *Sic eſt, ut refert Venerandus Dominus Michaelis, quod ſcilicet edictum illud, 19. Nov. Ao. 1663. editum, non levem Syncretiſmi ſuſpicionem, ac ſi illum Magiſtratus obtrudere moliretur, apud plurimos, inprimis extraneos Theologos creaverit, utpote quod & adverſarii Calviniani, eo ſenſu id interpretati, curaverint idem edictum Berlini typis excudi. Tandem autem ad Cenſuras à ſingulis Synodorum Præpoſitis comportatas, & literas Regii Conſiſtorii ad S. R. M. Svecicam miſſas, hoc clementiſſimum obtinuimus reſponſum, ſub dato Holmiæ 16. Aug. Anno 1664. ſubſcriptis nominibus Sereniſſimæ Reginæ Hedvvig Eleonoræ, & quinque Regni Tutorum, ita concludens:* So haben wir demnach auch zu Remedirung der Sachen gut befunden/ gemeldte unſere Regierung zu befehligen/ daß Sie das Placat zurückziehen/ und die §. §. ſo darinnen von gemeldten judicio Theologico reden/ gantz heraus nehmen/ das übrige aber vermittelſt Euren darüber eingeholten Bedencken dergeſtalt declariren ſolle/ daß der von Euch befahrende Unglimpff verhütet/ geſambten Predigern Ihr in GOttes Wort anbefohlnes Lehr- und Straff-Ampt frey/ und denen/ ſo ſolchen ihren Beruff untadelhafft führen/ Ihr Reſpect und gebührender Unterhalt verbleibe.

(††) Hæc iterum JO. MICHAELIS in *Lib. Decan.* reliquit, *Tertium,* inquiens, *libertati noſtræ, potiſſimum Theologicæ, imminens damnum ac præjudicium fuit, quod in renovata hoc anno precationis Eccleſiaſticæ formula, & VVolgaſtum ad Illuſtriſſ. Dominum Gubernatorem* VVRANGELIUM *& Generoſiſſ. Dn. Baronem* VVURTZIUM, *& cæteros Regiminis Conſiliarios à Domino Superintendente ad clemens Illuſtriſſ. S. Excell. poſtulatum transmiſſa, conſvetus Elenchus nominalis (quo precatum eſt antehac:* Gott ſteure den Papiſten und Calviniſten und andern Rottens Geiſtern *) eſt expunctus, atque ita ſine hac conſveta formula, precationis renovata formula eſt impreſſa atque introduci juſſa. Cum vero illa res non obſcuram Syncretiſmi ſpeciem præ ſe ferret, concluſum eſt in Miniſterio noſtro, ut uſitata illa hactenus forma ſarta tecta in Eccleſiis noſtris retineretur, quod etiam huc uſque obſervatum.*

(†††) Ita rurſus JO. MICHAELIS *l.c. Ratione formulæ precum publicarum controverſia mota eſt Pl. Rev. Dn. Gen. Superint.* D. ABR. BATTO, *Collegæ noſtro honoratiſſimo. Qui cum uſitatas hactenus, & à B. Dn.* D. FABRICIO, *Super. olim Diœceſeos Stetinenſis, conceptas preces denuo typis inprimi curaret, easq; paucis tantum, nihil autem quoad materialia immutatis, publice in Eccleſias reducere vellet, Illuſtre Regimen ab hoc diſſenſit, eique perſvadere voluit, ſatius eſſe, hoc tempore ſtatu S. R. M. non permittente, omiſſo Elencho nominali in verbis:* Steure hingegen den Papiſten und Calviniſten / *in generalibus terminis:* Steure allen irrigen Rotten und Secten / die dein Göttliches Wort verfälſchen / ꝛc. *acquieſcere. Quare cum cæteris Rev. Miniſterii Gryphici membris communicata, per majora concluſum, ne poſtulato Regiminis Regii hac in parte deferretur, ſed in illa typis vulgata formula ſupra dicta acquieſceretur, ſin minus, ut in Synodo quadam generali, à Bl. Rev. Dn. Superintendente convocata, deciſio fieret, & conſenſus S. R. Majeſtatis, prævia remonſtratione ſummæ æquitatis, expeteretur. Quâ de re adhuc deciſio expectatur.* Ita ergo de conſervando elencho nominali in precibus publicis illa ætate ſolliciti fuerunt majores noſtri, qua Syncretiſmus paſſim urgebatur, non obſtante Seren. Elect. Brandenb. indignatione, quam adverſus Theologos noſtros literis ad Illuſtr. Regim. Svec. Collegium ſcriptis jam aliquoties declaraverat, teſtantibus Actis Fac. noſtræ Theol.

§. XXII.

Cæterum, ut de exteris quoque rebus dicamus, his inprimis, annis, quibus ABR. BATTVS Sup. Gen. munere in Pomer. noſtra fungebatur, miſerrima fuit eccleſiarum Marchicar. & Pomeraniæ Electoralis facies. Syncretiſtæ etiam Caſſelenſes eccleſiæ noſtræ haud leve inflixerant vulnus. Noſtri itaque, ABR. BATTVS, JOH. MICHAELIS & MATTH. TABBERTVS, qui t.t. Facult.

Theol.

Digitized by Google

Theol. conſtituebant, Viri præſtantiſſimi, nullam elabi paſſi ſunt occaſionem, execrabili Syncretiſtarum hypocriſi ac tyrannidi contradicendi, proque eccleſiarum noſtrarum ſalute vigilandi. Multis ſane egregiisque ex Actis Facult. noſtræ Theol. collectis documentis hæc illuſtrari poſſent, ſi ſpatii anguſtia pateretur. Sufficiant itaque hæc pauca. I.] Cum A.1661. Josva Schvvartzivs, Theol. & Miniſt. Cand. contra Syncretiſtas Pomer. Elect. ſcriptum Germ edidiſſet: *Abgeſagte Tolerance oder Verträglichkeit der Calviniſchen Lehr*, noſtræque Facult. petiiſſet judicium, non ſolum ſcriptum ipſum ſuis ſuffragiis approbarunt Theologi, ſed inſuper ſingularem auctoris induſtriam ac zelum maximis ornarunt elogiis. Sequente anno iterum ad Schvvartzivm ſcripſerunt. Cumque paucis repetiiſſent, quam ſerio prioribus literis Syncretiſtarum Pomer. Elect. impietatem damnaverint, jam addiderunt: *Idq; eo confidentius egimus, quia, ſicuti communem eccleſiæ Pomeranicæ ſalutem concernit, ita S. R. M. Svecicæ, Domini noſtri clementiſſ. jus, quod in caſum deficientis lineæ maſculæ Sereniſſ. domus Brandenb. & ſubſecuturæ conſolidationis utriusq; Pomeraniæ ipſi competit, ſi malum hoc latius ſerpere contigerit, oblique tandem à nonnullis, ſpecioſo tolerantiæ religioſæ prætextu, peti poſſe intellexerimus. De quibus quidem diſceptare aut ſollicitos eſſe, ſicuti non eſt noſtrarum aut alicujus privati hominis, ita, ne ſub hac ſpecie ſancta hucusq; ac intemerata noſtra religio aliquid detrimenti capiat, aut errores deteſtandi dulci fiſtula in Patria communi nidulentur, poſtea perIculoſo motu vix avolaturi, ſerio ac pro virili invigilare, noſtrarum partium eſſe duximus.* Unde rationem ſimul diſcimus ſpecialem, cur olim de ſalute ac orthodoxa fide Pomer. Elect. adeo ſolliciti fuerint Acad. noſtræ Theologi. II.] Porro, cum Wittebergenſes *Epicriſin ſuam in Colloqu. Caſſellanum*, in Pomeraniam miſſam, judiciis Theologor. hujus Provinciæ ſubjeciſſent, non ſolum Facultas hujus Acad. Theol. ſed Miniſteria quoque *Stettinenſe* atque *Sundenſe* literis, A. 1662. ſcriptis,

 con-

conſenſum ſuum cum Witteberg. teſtabantur, Caſſelenſium e-contrario actionibus ſimpliciter improbatis. III.) De Annis 1664. & 1665. ipſe BATTus in *Lib. Decan.* ſequentia tradidit: *Et quia Seren. Elector Brandenb. 16. Sept. A. 1664. Colon. ad Spream edictum edebat, in quo incommodas à Reformatis in variis fidei articulis uſurpatas phraſes vult abdicatas, noſtratesq; à ſimilibus illis male imputatis immunes eſſe dictitat, utramq; adverſariorum partem in fundamento convenire pronunciat, ac proinde mutuam tolerantiam ſvadet, non tantum ego Illuſtriſſ. Domino Gubernatori hujus provinciæ, illud mihi offerri curanti, meam de eo ſententiam miſi, ſed etiam, cum Miniſterium Francofurtenſe eo nomine judicium à noſtra Facultate peteret, reſpondimus ſatis prolixe, uti acta teſtantur. Reſpondimus quoq;* JOHANNI DURÆO, *Anglo, atq;* JOH. MELLETO, *Paſtori aulico in Alſatia, Syncretiſmum ambientibus, ut acta quoque habent.* Et porro: *Cum venerabilis ſenex* DN. D. JOH. BOTSACCUS, *Theol. celeb. Paſtor Dantiſc. in lucem Stettini typis ederet ſuum Syncretiſtiſchen Wegweiſer, inq; eo* D. GROSSIUM, *Superint. Elect. Pomer. Syncretiſmi accuſare ac convincere ſtuderet, noſtra cenſura libellum iſtum ſubjiciebat, & præfationem expetebat, quæ etiam iſti præfixa extat. DEO ſit gratia, ipſeq; Dominus Pater noſtram Facultatem atq; eccleſiam ulterius in verbo veritatis conſervet, & ab omni Syncretiſmi culpa præſervet. Ipſiq; ſit gloria in ſempiterna ſecula, Amen.* Argumentum epiſtolarum de edicto Elect. hoc eſt: Videri quidem, Electorem multos graviſſimosque Calvinianorum errores improbare, eſſe tamen adhuc in ipſa Marchia, & quidem Francofurti, Calvinianos craſſisſimos: Præterea rejectos errores admodum ambigue & obſcure expresſos eſſe. Ideoque nondum unionem eccleſ. ſ. mutuam tolerantiam concedi poſſe. BATTUS potius literis ſuis, ad Illuſt. Dn. Gubernatorem ſcriptis, hoc ſalutare annectebat monitum: *Wie ich auch verſichert bin, daſs Ewr. Hochgräffl. Excellence der Calviniſchen Gleisnerey von Hertzen feind ſind, wollen ſie an ihren höchſtvermögenden Ort, ümb Chriſti Reichs willen, befodern, daſs der Calviniſten Irthümer in dieſen* (HINTER-POMMERISCHEN) *Landen weiter auszubreiten, bey aufnehmender Huldigung in Hinter-Pommern, durch confirmation* NB. *der Legum fundamentalium in puncto Religionis, beſtermaſſen vorgebeuget werde.* Judicium de BOTSACCI ſcripto ipſi libro præfixum eſt, quo

illum

illum per omnia probant, utque GROSSIVS eo ſe ad ſaniorem mentem reduci patiatur, optant. Literas vero ad DURÆUM & MELLETVM ſcriptas in arca Facult. non reperi. IV.) Cum ANDR. MÜLLERVS, celebris ille rerum Sinicarum ſcriptor, ad Ephoriam Berolin. vocatus eſſet, facto prius promiſſo de ſervandis edictis Elector. A. 1614. 1662. & 1664. quibus prohibitum erat Theologis, per omnia Form. Conc. aſſentiri, ſcil. quoad pondus (ut loquebantur Marchici,) & anathem. ita, ut Reformatos fundamentalium errorum accuſarent; cæteri eccleſiarum Berolin. miniſtri, qui his edictis non ſubſcripſerant, denegabant ei abſolutionem & S. C. communicationem. Hoc itaque cum A. 1667. Facultati noſtræ diſceptandum traderetur, probavit illa miniſtrorum acta, MÜLLERVM contra abſolutione & S. C. indignum pronuncians, quoad promiſſum non retractaret. V.) A. 1668. Regiomonte in Pruſſia controverſia orta eſt de *precibus publicis eccleſ.* Nimirum inſertus illis erat elenchus nominalis contra Calvin. quo Calvinianorum errores vocabantur *der Calviniſche Seelen-Gifft.* Hoc vero ægre ferebat Elector. Nec tamen elenchum nomin. prorſus (en ipſius adverſarii modeſtiam!) expungi volebat, ſaltem loco verborum *des Calviniſchen Seelen-Giffts,* alia ſubſtituere jubebat *die Calviniſche Irrthümer,* vel *die Calviniſche Lehren.* Et Ordines quidem Provinc. facile perſpicientes, contra Principis voluntatem verba hactenus uſitata haud obtineri poſſe, ipſi in mutationem precum conſenſerant, declarantes erga Clerum, ſe ex hac mutatione nolle ſcandalum accipere. Nec tamen Clerus, reluctante conſcientia, ſtatim aſſentiri poterat. Noſtræ ergo Facult. judicium requirebatur. Quæ reſpondit: Facta Ordinum declaratione, Principis mandato ſeſe, utpote in eccleſia preſſa viventes, morem gerere poſſe, ſubſtituendo verba *die Calviniſche Irrthümer*, ne ſcilicet viderentur Principem ſubditis ſuis velle inviſum reddere, qui actionibus ſuis animas illorum perdere contendat. Interim tamen ſerio monuerunt, publicam à Clero præmittendam eſſe declarationem, qua teſtatum facerent, *daſs ſie die Calviniſchen Irrthümer, wie ſie von denen Dogmatiſten getrieben würden, allerdings für ſchädlichen und verderblichen Seelen-*

 Gifft

Giffi bielten. VI.] A.1669. DAVID GIGAS, hactenus Miniſter eccleſ. Berol. ob denegatam approbationem edictorum Electoral. ſede ſua pulſus, à Facult. noſtra teſtimonium de injuſtitia ſuæ ejectionis petiit. Et haud gravatim ei datum eſt teſtimonium, quo ſimul acerbis lacrymis eccleſiarum March. & Pomer. Elect. vicem deplorant, graviterque in aulicorum tyrannidem invehuntur Theologi. VII.] Vir quidam Lutheranæ fidei in Marchia addictiſſimus, ob ſingularem etiam in ea profitenda conſtantiam multa à Calvinianis perpeſſus, teſtamento interdixerat filiæ natu minimæ conjugio cum Calviniano, addita execratione graviſſima, ſi ipſa huic mandato ſuo morem gerere detrectatura eſſet. Tutores vero, zelum hunc ex privato & carnali odio adverſus Reformatos profectum eſſe rati, eo quod filia hæc ex bonis maternis ditior erat reliquis natu majoribus, cujus dotem itaq; Calviniano invidiſſet Parens, Facultatis noſtræ judicium de obligatione hujus mandati poſtulabant. Jam quidem non improbabile videbatur Theologis, privatum fortaſſis odium ad hoc Patris ſtatutum aliquid contuliſſe: interim tamen, quia rem ipſam, ſcil. conjugium orthodoxæ cum Calviniano, illicitam eſſe, ex ſcriptura intelligebant, probarunt Paternam conſtitutionem, cui ex præcepto etiam 4. obſequi debeat filia. Hæc pauca jam adduxiſſe ſufficiat, ex quibus iterum zelum Theologorum Pomeran. adverſus Reformatos abunde perſpicere licet.

§. XVIII.

Præter hæc egregia zeli ſui adverſus Reformatos ſpecimina, quæ communi opera ac conſilio cum BATTO atque TABBERTO edidit Jo. MICHAELIS, Theol. Prof. & Paſt. hujus urbis Jacob. extant quoque alia viri hujus clariſſimi propria; variæ nempe Diſputatt. Reformatorum erroribus oppoſitæ, ut 1.) A.1658. *de Electione filiorum Dei ad ſalutem.* 2.) A.1659. *de Incarnatione & nativitate Chriſti.* 3.) A.1661. *de Peccato in Spiritum S.* cui Corollar. contra Syncretiſt. BARTHOL. STOSCHIUM, Paſt. aul. Berol. adjecit. 4.) Eod. A. *Jeſus vere Jeſus.* 5.) Eod. A. *de Paſſione, morte, ſepultura, reſurrectione, adeoq; ſatisfactione & merito Chriſti,* Diſpp. 3, 6.) A.1663.

de

de vera reali ac ſubſtantiali C. & S.C. in S.C. præſentia. 7.) Eod. A. *Theſes Miſcell. Theol.* 8.) A. 1665. *Faſcic. Quæſt. in Theologia illuſtrium*, Reſp. OTTONE URSINO. 9.) A. 1667. *de Exaltatione Chriſti.* 10.) A. 1669. *Aurea ſalutis catena*, contra HERM. RENNECHERUM. 11.) Eod. A. *de Fato hominis Chriſtiano.* 12.) A. 1671. *de induratione cordis humani.* Exemplum autem Ordinis Theol. ſecutus eſt, qui eo tempore in hac Acad. extra ordinem Theologiam docebat, DAN. LAGUS, vir doctiſſimus, variis eruditisque adverſus Calvinianos editis diſputationibus. Ex his primum locum ſibi vindicat *Examen trium confeſſionum recentiorum, à Theologis Reform. adornatarum, ut Marchiacæ A. 1614. in lucem editæ, Lipſienſis A. 1631. in literas relatæ, & Thorunienſis A. 1645. ſubſecutæ, ſimulq; libri Bergiani vom Vergleich und Unterſcheid der Evangeliſchen* &c. *ad evincendum breviter ſuperſtitem adhuc diametralem & reconciliari neſcium diſſenſum Calvinianorum dogmatum à Formula Chriſt. Concordia & Confeſſione Pomer. circa tres Artic. maxime cardinales de S. Cœna, Perſona Chriſti & Prædeſtinatione.* Porro aliquot Diſpp. *Διασκεψέων* nomine inſcriptis, B. GERHARDUM adverſus WENDELINI inſultus defendere ſuſcepit, ex quibus mihi innotuerunt 1.) A. 1656. *de Prædeſtinatione.* 2.) A. 1658. *de Ἀδιαφορία rei cæleſtis & Symbolor. terrenor. in Sacram. Euchar.* 3.(A. 1661. *de Majeſtate divina humanæ naturæ Chriſti, vi hypoſtaticæ unionis cum λόγῳ, communicata.* 4.) A. eod. *de Omnipræſentia carnis Chriſti.* 5.) A. 1672. *de Peccati Originis exiſtentia.* 6.) A. eod. *de libero hominis arbitrio.* 7.(A. 1673 *de Juſtificationis cauſa partim inſtrumentali, partim materiali.* 8.) A. 1674. *de manducatione corporis Chriſti ſacramentali dignis æq; ac indignis communi.* 9.(A. 1675. *de Ubiquitate H. C. N. ejusq; deſcenſu ad inferos.* His omnibus præmiſerat A. 1655. *Dodec. quæſt. Theol.* iterum pro GERHARDO contra WENDELINUM, & A. 1654. Diſp. *de cruenta Salvatoris paſſione*, nec non A. 1653. Diſp. inaug. *de Adoratione Chriſti θεανθρώπȣ*, Suobaci recuſam A. 1691.

§. XIX.

A. 1674. ABR. BATTO, ad cœlites translato, in officio Sup. Gen. ſucceſſit MATTHÆUS TABBERTUS, hactenus Theol. Prof. & Paſt. Mar. Qui tamen eo in munere quinque ſaltem menſes exegit. Nec ergo per hoc temporis intervallum zeli ſui adverſus Reformatos publica proferre potuit teſtimonia. Edidit

vero

vero præcedentibus Profeſſionis Theol.annis, quod paulo ante §. 17. docuimus. Jam ſubjungimus Diſputationes, in Acad. hac contra Calvinianos publice ab eo ventilatas. Et 1.) quidem A.1662. Inaug. Enoch. Svantenii, *Pax non pax, ſ. Sylloge eorum, quæ juxta ſeriem quæſtionum fundamentalium, nupero colloquio Caſſelano in ſuſpenſo relictarum, probant, Lutheranos inter & Calvinianos adhucdum circa ea, quæ fundamentum fidei ac ſalutis concernunt, irreconciliabilem manere diſſenſum.* 2.) A. 1664. *de Concilii Epheſini hiſtoria, decreto & annexis.* 3.) A. 1665. *de Vera Sophia amplectenda, ſ. de Neceſſario & utili, in religionis Lutheranæ veritate perſeverandi.* 4.) A. 1670. Inaug. A. G. Ammonii *de Tentatione Chriſti, Matth. IV.* (*) 5.) A.1674. *de Sacramentali C.& S.C. in S.C. cum pane & vino unione*, 6.) denique eod. anno *de Acceptilatione*, inaug. Reſp. Dan. Kansdorf.

(*) Ex additamentis Anti-Syncretiſt. digna ſunt, quæ hic legantur: (1.) *Syncretiſmus, ſeu, ſtantibus diverſarum, Pontificiorum & Calviniſtarum, Sectarum fundamentalibus erroribus, quæſita, ſuaſa aut approbata unio vel tolerantia eccleſiaſt. ſicuti res impia ac Samaritaniſmum olens attentatum eſt: ita hypotheſes ullas ad illa facilitanda ponere velle, Pſeud-Auguſtanum, & in eccleſiam ſcholasque noſtras Pomeranicas Regias nunquam admiſſa, propterque repugnans verbum* DEI & *conſtitutiones eccleſiæ fundamentales nunquam, cum bono* DEO, *admittenda decipula eſt.* (6.) *Qui* B. LUTHERUM *cauſam ſchiſmatis inter nos & Reformatos, ut vocant, dediſſe dicunt & ſcribunt, tam egregie mentiuntur, (Vide ipſum Megalandrum in C. 6. ad Galat. p. 187. in 8vo) quam longe fallunt & falluntur, qui ſine publica errorum Calviniſticorum, tam in publicis Confeſſionibus, quam publicis Doctorum & Paſtorum, ceu Eccleſiarum Reformatarum præſumtivorum interpretum, libris paſſim occurrentium errorum fundamentalium rejectione & damnatione, adeoque ſine ſufficienti eccleſiaſtica certitudine, unionem eccleſ. inter nos & illos conſiſtere ullo modo poſſe, cum ſuo & eccleſiarum damno exiſtimant.* (7.) *Quicquid ergo vel ſpeciem Syncretiſmi habere poteſt, Academia Pomeranicaque noſtra eccleſia, uti per* DEI *gratiam exceſſit, ita porro exceſſo!*

§. XX.

Tabberto A. 1675. d. 28. Febr. defuncto, poſt aliquot annorum decurſum, quibus Joach. Fabricius, Theol. D. & Prof. in Gymnaſio Carol. nec non Paſt. ad D. Mar. Stettin. & Synodi Præpoſ. (Facultate hujus Acad. Theologica per feſtinatas mortes

tes penitus exhauſta,) vices generalis ephoriæ eccleſ. ſuſtinuit, A. 1680. ſucceſſor datus eſt AUGUST. BALTHASAR, hactenus Paſt. Jac. apud Sundenſes meritiſſimus, vir eruditione non minus, quam præcipue ex ſcriptis apologeticis, adverſariis ſuis Stettinenſibus, FABRICIO CRAMERO & RANGONI oppoſitis, perſpicere licet, quam pietate & eloquentia clarus. His ipſis vero adverſariis eorumque continuis inſultibus tribuendum eſt, quod plura non exſtent zeli ejus adverſus Reformatos ſpecimina publica, præter Diſp. inaug. *de Æterna æterni filii ab æterno Patre generatione*, A.1670. ſub præſid. TABBERTI ventilatam, qua inter alia contra MOLTHERUM & CROCIUM *propriam* filii Dei generationem defendit: nec non inaug. J.N.QVISTORPII *de Sanctisſima & omni tempore ſufficientisſima Chriſti ſatisfactione*, A.1682. ſub præſid. BALTHASARIS defenſam: & denique preces eccleſiaſticas, juſſu Illuſtr. Regim. Stettin. ab eo adornatas. Quæ tamen vel eo defectum hunc compenſant, quod illis non ſolum *Turcas* & *Pontificios* atque *Photinianos*, ſed etiam *Calvinianos* inſeruit, imo ipſos *Syncretiſtas*..(*) Probe enim intelligebat vir optimus, hoc & Agenda eccleſ. *fol.* 323. & libertatem eccleſiar. Pomer. hactenus à majoribus acriter defenſam, poſtulare. Valde hunc Pomeranorum zelum exteris ſe probaſſe, literæ Theol. Argentorat. A.1681. ad BALTHASARIS adverſarios Stettinenſes ſcriptæ, docent: *Es iſt*, inquiunt, *ein Eifer der zu loben iſt, daſs in dem Gebet ſolcher falſchgläubigen gedacht, und die Pommeriſche Kirche von ihrer Gemeinſchafft abgeſondert wird. Wolte Gott, es hätten alle Evangeliſche Kirchen die Freyheit, in öffentl. Kirchen-Gebeten und Ubungen d n Wolff alſo zu nennen, und von der Heerde abzutreiben.* Cæterum hæc precum formula, à BALTHASARE compoſita, vix per eccleſias diſtributa erat, cum A. 1681. alia è Svecia mitteretur, in Svecicis eccleſiis uſitata, inque Pomeran. recipienda: *Allmächtiger, barmhertziger, ewiger Gott und Vater* &c. Sed neque realis neque nominalis elenchus in illa expreſſus erat. Quod cum animadverteret Clerus, nec illuſtr. Regiminis conſenſum impetrare poſſet, ut nominalis elenchus contra *Turcas*, *Papiſtas* & *Calviniſtas* insereretur, ipſius Regis clementiam imploravit. Qui etiam, perſpectis cauſæ momentis, peculiari ad Regi-

Digitized by Google

minis Stettin. Collegium dato reſcripto de A. 1682. d. 3. Mart. facile petito Cleri annuit. (**) Ex eo itaque tempore formulæ ſic dictæ Svecicæ è formula FABRICIANA inſerta habuimus verba: *Steure hingegen den Papiſten, Calviniſten und andern Rotten-Geiſtern, die dein ſeligmachendes Wort verfälſchen.* Quibus ex Agend. Eccleſ. additum: *Brich des Türcken und aller andern Tyrannen Macht.* Equidem ægre hoc ferens Seren. Brandenb. Elector, perſvaſus, RANGONIS (cui inprimis ob editam *Syncretismi Hiſtoriam* infenſus erat,) inſtinctu hoc factum eſſe, à potentiſſ. Sveciæ Rege A. 1683. omiſſionem elenchi nomin. flagitabat, utpote quem Inſtrumento pacis Weſtphal. adverſari cauſabatur. Et ſane Rex eo ſe jam adduci paſſus erat, ut, datis A. 1684. ad illuſtre Regim. Collegium literis, elenchum expungere juſſerit. Hoc vero facile perſpiciens, quantos motus in & extra Pomeraniam (ita ipſum loquitur illuſtr. Regiminis Collegium in reſponſ. ad Regem.) res hæc eſſet excitatura, conſultum duxit, quid in Pomerania hac in cauſa hactenus actum ſit, & quid pro tuendo uſu elenchi nomin. in precibus publicis afferant Theologi, Regi prius exponere, ejusque ulteriorem exſpectare declarationem, quam mandatum exequerentur. Quod etiam factum. (†) Quid vero tum à Rege reſponſum ſit, non liquet. Hoc tamen certum eſt, elenchum nomin. non fuiſſe expunctum, utpote qui adhuc libello precationum, juſſu illuſtr. Regiminis Stettin. à B. MATERO noſtro A. 1705. in uſum horarum precatoriarum adornato, in hac ipſa Svecica formula p. 17. conſpicitur. Cæterum A. 1687. prodiit nova *Ordinatio eccleſ. Svecica*, qua iterum ſolius Evangelico-Lutheranæ fidei publicum exercitium, ut *in omnibus regno Sveciæ ſubjectis Provinciis*, ſic etiam in Pomerania noſtra confirmatum eſt, ſimpliciter excluſis omnibus hæreſibus, invariatæ Aug. Conf. & Form. Conc. adverſis, (††) ad quas etiam pertinet fides Calviniana.

(*) His verbis: Behüte uns für den Greueln des Türcken und allen abgöttiſchen Weſen. Steure denen höchſtverderblichen Ketzereyen der Papiſten, Photinianer, Calviniſten und ihres gleichen mehr, auch dem heimlichen Gifft

Gifft der unter den Nahmen der Friedliebenden herumſchleichenden Syncretiſten.

(**) Verba hæc ſunt: Was ſonſt das Kirchen-Gebet betrifft/ weßfalls ihr in euren jüngſten abermahligen unterthänigſte Anerinnerung thut/ wollen wir gnädigſt/ daß darunter/ Einhalts unſer vorigen Verordnung/ eine Uniformität im gantzen Lande gehalten/ und das hinausgeſandte Gebet eingeführet und gebrauchet werde. Sind auch in Gnaden wohl zufrieden/ *Wie Wir es auch nöthig und dienlich erachten*, daß der im vorigen Kirchen-Gebet üblich geweſene Elenchus wieder Türcken/ Papiſten und Calviniſten inſeriret und abgeleſen werden möge.

(†) Dabimus verba ipſa: So vernehmen wir auch im übrigen gehorſamſt/ daß auſſer dem der Churfürſtl. Geheime Rath von MEINDERS ſich gegen E. K. M. Extraordinair-Envoye den von GRAVENTHAL beſchweret/ als ob das von E. K. M. anhero verordnete Kirchen-Gebet auf Antrieb dieſes RANGONIS geändert/ und der elenchus nominalis wieder die Papiſten und Calviniſten mit hineingerückt worden. Dannenhero/ und weilen der Churfürſt ſolches gegen das Inſtrumentum pacis ausdeutet/ auch E. K. M. zu Beybehaltung guten nachbarlichen Vernehmens/ alles dasjenige/ woraus S. Churfürſtl. Durchl. auch nur einen Schein befugter Klage nehmen können/ gerne abzuthun trachten/ uns gnädigſt anbefohlen/ ſolchen Elenchum durchgehends im gantzen Hertzogthum auszulaſſen/ und an deſſen Stelle nur generaliter wieder alle Rotten und Ketzereyen zu beten. Wir finden uns allerdings Pflichtſchuldig/ E. K. M. gnädigſten Willen ſo wol in dieſen Stück/ als allen andern Begebenheiten/ gehorſamſt zu erfüllen; müſſen aber Amts- und Gewiſſens-halber/ mit E. K. M. allergnädigſten Erlaubniß/ in geziemender Submiſſion und Unterthänigkeit gehorſamſt vorſtellen/ welchergeſtalt D. RANGONI darinn zu viel beygemeſſen/ daß auf ſein Anſtifften der elenchus nominalis ins Gebet gerücket worden. Geſtalten dazumahl/ wie E. K. M. durch das anhero geſandte Schwediſche Formular eine uniformität in allen Dero Provincien und Landen des Gebets halber bewerckſtelliget wiſſen wollen/ *nicht ein oder ander Prediger, ſondern der gantze Clerus Pomeraniæ* gantz beweglich remonſtriret/ ſich auch deßfalls an E. K. M. ſelbſt unterthänigſt gewandt/ wie es nemlich der gantzen Pommeriſchen Kirche einen überaus böſen Ruff/ ſchlechten Nutzen und gantz übles Anſehen cauſiren werde/ wenn ſie per omiſſionem des nunmehro von 100. Jahren her gebräuchlichen Elenchi von ihrer bißherigen Orthodoxie abweichen/ den Wiederſachern zu gefallen ſelbigen einſtellen/ Syncretiſmo beypflichten/ und alſo von ihren bißherigen rühmlichen Eyfer wieder denſelben und andere irrige Lehre ablaſſen ſolten. Darumb auch E. K. M. gnädigſt bewogen/ unter den 3. Mart. des 82. Jahres/ zu bewilligen/ daß ſolcher Elenchus dem ins Teutſch übergeſetzten Formular einverleibet und zugleich abgeleſen werden möchte. Wobey die 3. reſtituirte Prediger (FABRICIUS, CRAMERUS & RANGO, quia preces, à BALTHASARE compoſitas, de quibus hoc ipſo §. diximus, recitare detrectaverant, Conſiſtorii ſententia ab officiis remoti, à Rege vero reſtituti.) nichtes anders erinnert/ denn daß der elenchus nominalis in concreto wieder die irriglehrenden/ nicht aber in abſtracto wieder die Lehre allein eingeſchoben werden möchte/ maſſen ſie ſich ſolches auch wieder der Regierung ertheilten Beſcheid damahls eigen-

mächtig unternommen/ und/wie aus der Beylage zu erſehen/annoch täglich damit continuiren. Uberdem aber werden E.K.M. in Dero Königl. Archivo zu Stockholm völlige Nachricht finden/ wie ſchon vor denen jüngſten Krieges-Troublen, auf anhalten Sr. Churf. Durchl. zu Brandenburg/eben dieſe Beſchwerde geführet/ und der Regierung committiret worden/Anſtalt zu treffen/daß der Elenchus ausgelaſſen würde. Es hat aber die gnädigſte intention nicht können erreichet werden/aus Urſachen/weil der Clerus davon ein Gewiſſens Werck gemacht/ und angezeiget/ daß der elenchus hæreticorum nicht allein in der Pommeriſchen Kirchen-Ordnung fundiret/ſondern auch von Zeiten der Hochſel. Hertzoge her im̃erhin beybehalten worden/ ſie auch in gedachter Kirchen-Ordnung zum elencho hæreſium ſich eydlich verbunden/und davon absque perjurio nicht remittiren könten/ der Blame und Unheils zu geſchweigen/ welche ſowol inn-als auſſerhalb Landes der Pommeriſchen Kirchen dadurch zuwachſen möchte. Welches alles weil es bey veranlaſſeter anderweitigen Anſtellung wiederholet zu werden nicht ausbleiben/ und dadurch viel Ungelegenheit ſowol inn-als auſſerhalb Landes zu beſorgen ſeyn dürffte; So haben wir vor nöthig erachtet/E.K.M. unterthänigſt anheim zu geben/ob/ſolcher conſiderationen ungehindert/man mit der Abſtellung des Elenchi dennoch verfahren/ oder anſtehen ſolle. Was E.K.M. uns zur gnädigſten Antwort deßfalls anzufügen geruhen werden/ ſolchem werden wir alsdenn in ſchuldigſten Gehorſam punctuellement nachkommen/ und unterthänigſt verhoffen/ daß dieſe aus angeführten kräfftigen Motiven hereührende Befragung von E.K.M. in keinen Ungnaden werde vermercket werden/ die wir in unabläſſiger devotion Zeit unſers Lebens verharren u. ſ. f. Beylage: Der gantze Pommeriſche Clerus betet folgendes Formular: *Behüte uns für der höchſten verderblichen Lehre der Papiſten, Calviniſten, und andern herumſchleichenden Irſalen* (in abſtracto, ex precibus BALTHASARIS.) Die 3 reſtituirte Stettiniſche Prediger aber wie folget: *Steure den Papiſten, Calviniſten und allen andern Rotten-Geiſtern, die dein ſeligmachendes Wort verfälſchen, und baue hinwiederum den geiſtlichen Weinberg deiner Kirchen an allen Orten und Enden.* (ex *Formula* FABRICIANA, in concreto.)

(††) Cap. I. von der rechten Lehre. § 1. In unſerm Königreiche *und deſſen zugehörigen Landen,* ſollen ſich alle eintzig und allein zu der Chriſtlichen Lehre und Glauben bekennen/ welche in dem Göttlichen heiligen Wort/ denen Prophetiſchen Schrifften Alten und Neuen Teſtaments gegründet/in denen drey Haupt-Symbolis, als dem Apoſtolico, Nicæno und Athanaſiano verfaſſet/ auch in der ungeänderten Augſpurgiſchen Confeſſion, ſo im Jahr 1530. daſelbſt übergeben/ und auf dem Concilio zu Upſala 1593. angenommen worden/imgleichen in dem gantzen ſo genandten Libro Concordiæ erkläret iſt. Und ſollen alle diejenige/ ſo im Lehr-Stande bey Kirchen/Academien/ Gymnaſien oder Schulen einiges Amt antreten/ bey der Ordination, oder wann ſie einen Gradum annehmen/mit Cörperlichem Eyde ſich zu dieſer Lehre und Glaubens-Bekäntniß verpflichten. Et porro §. 3. Niemand ſoll ſich unterſtehen hie im Reiche/ oder *in einiger darunter gehörigen Provintz,* daferne nicht durch Pacta gewiſſen Oertern ſolches vorbehalten worden/ *einige frembde Religions-Ubung öffentlich zu halten,* oder derſelben beyzuwohnen/ bey ein hundert Thaler Silber-Müntz Straffe.

§. XXI.

§. XXI.

BALTHASARIS, A. 1688. vita functi, defectum abunde ſupplevit ejus ſucceſſor C.T. RANGO, vir maxima laude digniſſimus, modo non ipſe inſatiabili contra innocentes fratres AMMONIUM & PFUELIUM, atque innocentiſſimum Præſulem DN. BALTHASAREM, pugnandi libidine multum ſibi ipſi detraxiſſet honoris. Inter ſtrenuos vero *Calviniſmi* oppugnatores Pomeranos haud poſtremus ei debetur locus. Vindicavit eum ſibi variis egregiisque ſcriptis adverſus Reformatos & Syncretiſtas editis, utpote 1.) *Svecia Orthodoxa.* 2.) *Hiſtoria Syncretiſmi*, qua, ut paulo ante dictum, ipſius Electoris Brandenb. odium ſibi contraxit, eo quod *p. 841. ſeqq.* Calvinismum arguerat affinitatis cum Judaismo, Mahumetismo, Arianismo, &c. 3.) *Obice Syncretiſtarum.* 4.) *Warnung an das Königreich Schweden vor* ABR. SCULTETI *und* MART. MOLLERI *Calviniſche Poſtillen.* 5.) *Prudentia Eccleſiaſtico-Pelitica circa hæreſes.* 6.) denique Diſp. *de Religionum Indifferentiſmo non indifferente.* Utriusque, BALTHASARIS & RANGONIS, collega fuit B. JAC. HENNINGIUS, Paſt. Jacob. ſingulare Academiæ noſtræ decus ac ornamentum. Hic quemadmodum in controverſiis Theologicis erat exercitatiſſimus, quod in plurimis domeſticis, PFUELIANIS, COLBERGIANIS, BALTHASARIS, &c. perſpicere licuit, ita nec *Reformatis* pepercit, quorum errores variis ſucceſſive editis Diſpp. ſolide profligavit, utpote 1.) A. 1678. *de reconciliatione noſtri cum Deo per mortem Chriſti parta, per vitam ejus confirmata*, cui etiam ſpecialia contra *Syncretiſmum* adjecit corollar. 2.) A. 1683. *de veritate fidei temporariæ, ſ. cum juſtifica identitate*, contra EL. GREBNITZIUM, Francof. 3.) A. 1684. *Religionum Socinianæ & Calvinianæ vicinitate, inque oppugnanda gloria* Θεανθρώπȣ *harmonia.* 4.) A. eod. *de natura hominis ante peccatum integra* 5.) A. 1686. *de Chriſtiani hominis nativitate & vita*, qua inter alia docuit auctor, negata (quod Calvinianis proprium eſt,) Evangelii univerſalitate, non poſſe non totum fidei fundamentum corruere. 6.) A. 1687. *de Omnipræſentia carnis Chriſti extima, ex communica-*

tione hypoſtaſeos τῦ λόγυ aſſerta. 7.) A. 1690. *de temere præſumta electionis certitudine in eccleſia Reformata.* 8.) A. 1693. *de interceſſione Chriſti glorioſa.* 9.) A. 1694. *de Servo juſto, i. e. Meſſia à Deo percuſſo, ex Jeſ. LIII.* qua docet, quam nihil ſolatii anxiis conſcientiis relinquant dogmata Reformatorum de Perſona Chriſti patientis. 10.) denique A. 1699. *de Eccleſiæ Reformatæ hypotheſibus, juſtitiæ divinæ adverſis.* Alter Rangonis collega erat Nic. Dassovius, Paſt. Mar. cujus extant Diſpp. 1.) *de Hæreſi Berengariana.* 2.) *De Glorificatione Chriſti, ex Joh. XVII, 5.* quarum utraque Calvinianorum dogmata refellit.

§. XXII.

Rangoni, A 1700. d. 3. Dec. mortuo, ſucceſſit B. Jo. Frid. Materus, vir multis nominibus clariſſimus, in zelo etiam adverſus eccleſiæ hoſtes anteceſſori ſuo minime cedens. Eo tempore in *Marchia Brandenb.* conſilia Syncretiſtica ſummo agitabantur ſtudio, variis hanc in rem editis ſcriptis, à celeb. Dn. V. E. Löschero in *Append. der allerunterthänigſten Addreſſe p. 65.* recenſitis. His quamvis vir beatus exemplo aliorum Theologor. exterorum, & ſpeciatim anteceſſorum ſuorum in hac Acad. ex inſtituto ſpecialiora non oppoſuit ſcripta, generalioribus tamen aliaque ratione zelum ſuum adverſus Reformatos proque conſervanda puritate eccleſ. Pomer. ſatis declaravit. 1.) Enim A. 1705. publica Diſp. repetiit Jac. Rungii *Quæſtiones Synod. de Sacram. Cœna Dom.* 2.) A. 1707. ejusdem Rungii Diſp. *ſuper Confeſſ. Pom. O Sacrum convivium.* 3.) A. 1709. ex MSto edidit Balth. Bebelii *Collegium Anti-Syncretiſticum.* 4.) denique A. 1710. diſputando publici iterum juris fecit Georg. Mylii *Analyſin libror. Lutheri adverſus Sacramentarios*, ſubjuncta *Epitome aliorum, in Volumine Pomeranico prioribus additorum.*

§. XXIII.

Ultimo loco ex ordine Superintend. General. hujus Provinciæ commemorandus eſt Dn. D. Brand. Henr. Gebhardi,

Theo-

Theologus de Academia & eccleſia noſtra meritiſſimus, ſocer obſervantiſſime colendus, cujus affectum adverſus Reformatorum dogmata diſcimus 1.) ex Diſſert. *de Diſputatione Jehovæ cum Pharaone*, qua inprimis ſinceram ſeriamque Dei voluntatem circa converſionem Pharaonis evicit. 2.) Ex *Diſp.* ejus *inaug. in Pſ. I. & II.* qua bis expreſſo nomine Calvinianorum errores damnavit. Cæterum, quæ hactenus à Sereniſſ. Pomeraniæ Ducibus, à Potentiſſ. Sveciæ Regibus contra pravas hæreſes quascunque, & ſpeciatim Calvinianam, proque conſervando ſolius Evangelico-Lutheranæ fidei publico exercitio in Pomerania ſtatuta ſunt atque decreta, quæ porro à Theologis hujus Provinciæ acta ſunt atque diſputata, ea omnia hac noſtra ætate confirmavit (*) Potentiſſ. Rex noſter ac Dominus clementiſſimus, DN. FRIDERICUS I. Rex Sveciæ glorioſiſſ.

(*) In der Verſicherung/ welche Ihro Maytt. vor Antretung des Regiments denen Ständen des Reichs-Schweden gegeben / de dato 22. Mart. 1720. § I. Nachdem ich / Zeit meiner Anweſenheit hier im Reiche / einige nähere und gründlichere Kundſchafft / als ich vor dieſem gehabt / von der reinen Lutheriſchen Lehre eingenommen; ſo finde ich mich nicht allein veranlaſſet / dieſelbige anzunehmen / und der Reformirten Lehre abzuſagen; ſondern auch zu geloben und zu verſichern / bis an meine Todes-Stunde ſtetig dabey zu verbleiben / wie auch meine Leibes-Erben / welche GOtt mir mit Ihro Maytt. meiner jetzigen Gemahlin verleihen wird / in der Lutheriſchen Religion erziehen zu laſſen. Weßwegen ich auch in allen Stücken bekräfftige und befeſtige die von Ihro. Königl. Maytt. meiner Hochgeliebten Gemahlin im Jahr 1719. d. 21. Febr. unterſchriebene Verſicherungs-Schrifft / und damahl auffgerichtete Regierungs-Form, was anbetrifft die reine und unverfälſchte Evangeliſche Religion / welche gegründet iſt in denen Prophetiſchen und Apoſtoliſchen Schrifften / in der unveränderten Augſpurg. Bekäntniß / erklähret in dem Libro Concordiæ, auch nachmahls im Jahr 1593. in der Zuſammenkunfft zu Upſal von allen Reichs-Ständen gebilliget und angenommen / zu welcher / nach König GUSTAV des Erſten geſchloſſenen Erb-Vereinigung mit dem Reiche / alle deſſen Succeſſores, die Könige in Schweden / als zu einen Fundamental-Geſetz verbunden ſind. Ich gelobe auch deßgleichen / daß ich halten / handhaben und ſchützen will alle des Reichs-Schweden Stände / geiſtliche und weltliche / hohe und niedrige / bey vorgenandten Lutheriſchen Religion / GOttes reinen und klahren Worte / auch der Hochwürdigen Sacramenten rechten und wahrhafftigen Gebrauch / allerdings / wie dieſes zu König GUSTAVS letztern / und König JOHANNIS erſtern Regiments-Zeit in dieſen Reich üblich geweſen / hernach aber in den Zuſammenkünfften zu Upſal im Jahr 1593. und 1693. vermittelſt allgemeinen und einhelligen Schluß gültig erklährt und bekräfftiget ward. Auch ſoll ich keinen von den Ständen oder andern Unterſaſſen in Schweden /

oder

oder deſſen unterliegenden Landern, er ſey hoch oder niedrig / irgend eine oder mehrere andere Religion / weder mit Locken noch Drohen anmuthen oder auffbürden / *noch auch jemand, von vvas Nation, Stand oder Wilkühr er ſeyn möge, öffentlich im Reich, oder deſſen zubehörigen Provincien, einige andere Religions-Ubung zugeſtatten, als die vorbenannte Evangeliſche Lehre*, welche ich in einer unveränderlichen Reinigkeit will beybehalten / auch wieder alle Ketzerey und offenbahre Gewalt redlich vertheidigen und beſchützen / auch daran / wenn es erfodert wird / Haab / Leib und Blut nicht ſpahren. §. II. Keiner von anderer Religion / ſie mag ſeyn Papiſtiſch / Calviniſtiſch oder Reformirt / Photinianiſch und allen Schwärmereyen / oder irgend einer andern / als die vorbemeldt iſt / ſonderlich der ſich zur offenbahren Gottloſigkeit und ärgerlichen Atheiſmum ſchlägt und mercken läſſet / ſoll gebrauchet werden in einigen Reichs-Amte / weder im Rath / in Collegiis, auf Schloß und Feſtungen / im Land- und Städte Regierung / noch auch in höhern oder niedrigern Beruff / vielweniger mögen ſolche gelitten oder gebrauchet werden in Kirchen und Schul-Weſen / oder Erziehung der Jugend. Inſonderheit ſoll keiner der von ander Lehre befunden wird / als in den vorhergehenden Artickel beſchrieben ſtehet / verordnet oder gebrauchet werden zum Biſchoff / Superintendenten, Hof-Prediger / Profeſſor auf Academien, Rector in Gymnaſiis, Pfarr-Herren in Städten oder auf Dörffern / Schulmeiſtern / oder in andern Lehr-Aemtern und der Jugend und Zuhörer Information, es mögen ſeyn Kinder-Schulen oder Privat-Häuſer / damit GOttes Verſamlung im Vaterlande *und denen unterliegenden Provincien* möge rein / unturbirt, und in ſteter Einigkeit zu Gottes Nahmens Ehre / der Verſamlung Erbauung / wie auch des Reichs Wohlfahrt erhalten werden. §. III. Was ſolchergeſtalt vorgeſchrieben iſt / wil ich im Reich *und deſſen unterliegenden Provincien* halten und handhaben / und nicht geſtatten / daß einige Eigenmächtigkeit einem oder dem andern / dieſem zuwieder / zugelaſſen werde / nachdemmahl die zu deſſen Beybehaltung gemachte Veordnung nemlich des 1655ten Jahrs Religions-Geſetz / und des 1686. Jahrs Kirchen-Ordnung / zu dieſemmahl von mir in allen Stücken gültig erklähret und befeſtiget werden / welche ich auch nach der Stände Gutfinden ſoll laſſen vermehren und verbeſſern. Und gebühret deßwegen denen Gouverneurn und Lands-Höffdingen / Biſchöffen / Superintendenten, Conſiſtorien, wie auch andern von Magiſtraten hohen und niedrigen / ſowol auf dem Lande als in Städten / darauf ein fleißiges und genaues Einſehen / damit demjenigen / ſo dieſen zuwider geſchiehet / möge können vorgebeuget / es abgeſchaffet oder treulich verhindert werden / ehe es gar zu weit einreiſſet / ſo daß alle Dinge ſolchergeſtalt durch GOttes gnädige Verſehung in ihren rechten Stand bleiben mögen. Alldieweil aber zwo Schwierigkeiten darentgegen ſtehen / *erſtlich*, daß fremder Potentaten und Republiquen Geſandten oder Reſidenten / die von ander Religion ſind / hieher geſandt werden / entweder ſich hier auffzuhalten / oder fort wieder zurück zu reiſen / welchen ihren GOttes-Dienſt zu verſagen nicht billig iſt / üm vielerley Urſachen willen; weßwegen man ihnen ihre Religions-Ubung in ihrem Hauſe vor ſich und ihr mitkommendes Volck und Diener nicht verſagen kan: *Nachmahls* auch andere fremde hereinkommen / welche Kauffmannſchafft / Handels / Handwercks / oder anderer Nahrung wegen ſich hier niederlaſſen oder auffhalten / die mögen wohl für ſich ſelbſt in ihren Hauſe verrichten / was ihr GOttes-Dienſt erfo-

dert /

Digitized by Google

dert/ ſo lange ſie in privato und ohne Aergerniß ſich verhalten / und ihr rechtmäßiges Vorhaben verrichten; aber keine Zuſammenkünffte/ weder heimliche noch offenbahre/ können ihnen zu halten zugelaſſen werden / oder auch einigen Lehrer ins Land oder ihre Häuſer zu führen / unter waſſerley prætext es wolle / entweder zu ihrer Religions-Ubung/ ihrer Kinder-Erziehung/ oder unter andern Vorwand/ bey derjenigen Straffe / ſo die Verordnungen in ſich faſſen. Gleichwol ſollen ihre Kinder / ſo ferne ſie Bürgerſchafft genieſſen wollen / denen Reichs-Geſetzen und Verordnungen zu folge/ in der vorgemeldten Chriſtlichen Lehre aufferzogen werden. Solte jemand / von was Religion er auch wolte / in dieſen Reiche *oder deſſen Provincien* gefunden werden / welcher GOttes Wort / unſern Chriſtlichen GOttes-Dienſt mit Worten oder Wercken zu verläſtern oder zu verſchmähen herausbrechen ſolte / der ſoll als ein GOttes-Worts-Verſchmäher nach vorhergehender Verdammung von ſeinen Dienſt abgeſetzet/ mithin nach ſeinen Verbrechen und deſſen Umſtänden am Leibe oder ſonſten ohne Gnade geſtraffet werden. §. XXIII. Gleichwie ich nöthig befinde/ dieſe bey mir feſtgeſtellte Erklährung einem jeden kund zu thun/ und zur Nachricht zu ſtellen / alſo ſoll ich mit eben ſolchen Mißvergnügen und Ungnade vermercken / wo jemand wider Vermuthen ſo unbeſonnen ſolte gefunden werden / unter denen Reichs-Einwohnern / hohen und niedrigen / einheimiſchen oder fremden / wer er auch seyn möge / der mir zu gefallen wolte hierin einige Aenderung zuſtehen oder vorſchlagen / oder mir gröſſere Macht und Mündigkeit / als obenbenannte Puncte in ſich halten und vermögen / zuſchantzen / nachdemmahl ich keine gröſſere Mündigkeit verlange / als an einer Seiten aller redlichen und verſtändigen Männer Hertzen zu gewinnen / und auf der andern Seiten ſelbſt deren ſtärckeſte Vertheidigung zu ſeyn wieder allen Einbruch in dero rechtmäßige und edle Freyheits Beybehaltung und Befeſtigung. Welches alles ich mit meiner eigenhändigen Unterſchrifft und leiblichen Eyde bekräfftige/ unverbrüchlich ihm nachzuleben und zu vollbringen / ſo wahr mir GOtt helffe an Leib und Seel. Porro in der feſtgeſtellten Schwediſchen Regiments Form §. L. ſtatutum eſt: Königl. Maytt. trägt eine gnädige Fürſorge für die Teutſchen Länder / ſo daß deren wolhergebrachte Privilegien mögen befeſtiget werden / wenn einige von dieſen von den Feinden wieder beygebracht werden. Quam generalem confirmationem jam obtinuerunt Provinciæ Ordines. Atqui privilegiorum Pomeraniæ ſemper præcipuum fuit illud, quod ſolius Evangelico-Lutheranæ fidei publicum exercitium concernit. Nulli ergo dubitamus, quin Rex clementisſimus huic quoque ſpeciatim ſuam conſervaturus ſit auctoritatem.

§. XXIV.

Hæc ſunt præcipua zeli Principum & Theologorum Pomeraniæ, & ex his inprimis Academiæ noſtræ, adverſus Reformatos teſtimonia, quæque hæc duo inprimis animis noſtris inculcant. I.) Quod vi legum Pomeran. fundamentalium Reformati, horumque religionis exercitium, in Pomerania noſtra omnino non ſint tolerandi. Ita enim exemplo Ducum Pomer.

expreſſe *in der Regiments-Verfaſſung* ſuo ſucceſſorumque, imo totius regni Svecici nomine ſtatuit glorioſ. memoriæ Rex Carolus XI. *Tit. I.* verbis §. *XVI. p. 31.* adductis. Quod una cum aliis Provinciæ noſtræ privilegiis & legibus fundamentalibus confirmavit, quem hodie Regem veneramur, potentiſſ. Monarcha ac Dominus noſter clementiſſimus, Fridericus I. Cujus itaque voluntati ut omnes, qui Regi & Patriæ fidem ſuam obligarunt, promto obſequio morem gerant, & conſcientia & pietas atque timor Dei poſtulant. 2.) Quod quævis Syncretiſtica conſilia, imo quamcunque Syncretiſmi ſpeciem ſtudioſe fugere debeant Pomerani. Hoc vult edictum Caroli XI. in cauſa Epiſcopi Stregnenſis Matthiæ promulgatum, apud Rangonem in *Svecia Orthodoxa p. 241. 249.* Jam, ne Principes pariter ac Theologi nimiæ accuſentur vehementiæ, juſtitia hujus zeli aſſerenda eſt: quod itaque ſequente fiet Sectione.

Sectio II. Theologica.

§. I.

Juſtitia zeli Pomeranorum adverſus Reformatos clariſſime demonſtrabitur, ſi evicero, *dogmata Reformatorum fundamentum fidei ſpeique ſalutis prorſus evertere*, ſive: *ſtantibus erroribus Reform. nullam fidem nullamque ſalutis ſpem in homine conſiſtere poſſe.* Tum ergo valent mandata divina Gal. I. 8. 9. 2. Joh. 10. 11. 2. Cor. VI. 14. 15. 16. Rom. XVI. 17. 1. Tim. VI. 3. 4. 5. Tit. III. 10. Eph. V. 6 7. 11. Et quidem, cum veterum præcipue Pomeranorum affectum atque acta hactenus exhibuimus, inſtituto noſtro conveniens eſſe videri poterat, theſin noſtram, quam, ad vindicandam juſtitiam zeli Pomeranorum, defendendam ſumſimus, itidem ex veterum Calvinianorum ſcriptis eorumque dogmatibus illuſtrare: At quia hoc jam ab aliis ſufficientiſſime factum eſt, quod ne ipſi quidem recentiores Reformati & Syncretiſtæ prudentiores negare audent, præterea recen-

cen-

centiſſimorum Reformatorum dogmata, ſi rem ipſam ſpectes, à majorum ſuorum hypotheſibus parum vel nihil diſſentiunt, ideoque, quod de recentiſſimorum dogmatibus demonſtrabitur, idem de veteribus ſimul evictum erit, vel omnino magis verum eſt, & denique hic præcipue diſputationis hujus ſcopus eſt, ut præſentes Pomeraniæ Theologi ac Paſtores ad imitandum majorum noſtrorum zelum excitentur; ergo hac vice ſufficiet, imo magis neceſſarium eſt, theſin noſtram ex recentiſſimorum Reformatorum ſcriptis eorumque dogmatibus aſſerere. Jam vero, recentiſſimos Calvinianos fundamentales defendere errores, negant hodie Syncretiſtæ, & ex his inprimis DN. PFAFFIUS, noſtræ eccleſiæ Theologus, cujus proinde hypotheſes in præſentia ſub examen vocare placet. Varia quidem alias ſunt fidei Chriſtianæ capita, in quibus fundamentalium errorum accuſantur Reformati, quæ ex ſcriptis Theologorum, hoc de argumento editis, diſcere licet: PFAFFIO vero tria ſaltem eligere placuit, in quibus Reformatorum cauſam agat, 1.) nempe *de Gratia Dei erga lapſum genus humanum.* 2.) *De Communicatione idiomatum divinorum, H.N. in perſona Chriſti facta*, & 3.) denique *de Sacra Cœna.* Quæ itaque nobis quoque hac vice ſufficiant.

§. II.

Quæ de *Gratia DEI erga lapſum genus humanum* ſit noſtræ eccleſiæ ſententia, ex *Form. Conc. Art. XI.* conſtat. Ibi enim docetur 1.) Deum neminem abſoluto decreto reprobaſſe, p. 619. 621. 807. 809 818. 820. & (quod addimus) ne poſt præviſum quidem lapſum prætereundo, quam negativam reprobationem vocant Reformati. Sed 2) voluntate *antecedente* Deum ſerio velle omnes homines ſalvos fieri, p. 804. 805. 619. 816. 3.) Itaque Chriſtum pro omnibus in univerſum hominibus eorumque peccatis ex voluntate & intentione Dei ſufficienter & efficaciter ſatisfeciſſe. ibid. 4.) Deum ſerio & efficaciter omnes [ſalva tamen voluntate Dei *concomitante*, de qua *Form. Conc. p. 811. 813.*] per media efficaciſſima vocare ad ſalutem, & in omnibus malitioſe non reſiſtentibus pœnitentiam fidemque operari velle, p. 618. 805. 807.

Contrarium vero in omnibus his capitibus docent Reformati. De veteribus res manifeſta eſt. Recentiores quidem nonnulli, & inprimis Marchici, (†) mutata lingva propius ad Lutheranorum ſententiam accedere videntur; ſed de his quoque celeb. V.E.LÖSCHERUS *in der allerunterthänigſten Addreſſe*, it. in Diſp. *de Paroxyſmu abſoluti decreti* &c. DN. SEB. EDZARDI in Diſp. *de Fugienda unione cum Reformatis*, D. S. SCULTETUS in *Diſcuſſione Univerſaliſmi Reformati*, & denique WERNSDORFIUS *im Bedencken über Strimeſii Entwurff von Einigkeit der Lutheraner und Reformirten im Grunde des Glaubens*, ejusque defenſor J. H. von ELSWICH in *Vindiciis Diaſcepſeos Hunniaeæ*, jam obſervarunt, eorum explicationes & hypotheſes nondum tollendo diſſidio ſufficere. Ipſe præterea PFAFFIUS in *Inſtitutt. Theol. p. 265.* concedit, *horum paucorum teſtimonia non poſſe urgeri, cum certiſſimum ſit, majorem Theologorum Reformatorum numerum ad Particulariſmum gratiæ & Infralapſarianiſmum defendendum & hodie provolare.* Quod etiam *im nähern Entwurff p. 18.* ingenue fatetur. Certe, quam vere hæc dixerit PFAFFIUS, recentiſſimorum Reformatorum ſcripta docent. Vid. F.A.LAMPE, antea Paſt. Brem. jam Theol. Prof. Ultraj. *Geheimnis des Gnaden-Bundes P. I. cap. 4. 5. 7. 8. 9.* Bremæ, 1715. EJUSD. *Milch der Warheit p. 6. 107. 108. 145. 169.* ibid. 1720. JO. D'OUTREIN Paſt. Amſtel. *gülden Kleinod der Lehre der Warheit nach der Gottſeligkeit*, ed. à F. A. LAMPE, *p. 120. 121. 287. 288. 405. 409.* ib. 1721. & denique L. G. TREVIRANI, Paſt. Brem. & ANON. conciones de *particulari redemtione Chriſti & prædeſtinatione*, quas ESDR. HENR. EDZARDI (*) A. 1720. 1721. oppugnavit; quibus ſcriptis omnibus βδελύγματα Reformatorum & Calvinianum venenum de *abſoluta plurimorum hominum præteritione*, de *particulari ſatisfactione Chriſti*, & de *particularitate efficacis vocationis*, largiſſime propinantur. Cumque & hodieque *Dordracena Synodus* Reformatis eſt *maxime venerabilis & ſacra*, cujus *memoria ſecularis, pietate exigente, dignitate promerente, majorum veneratione urgente, ſolenni oratione 3. Cal. Febr. 1720. in publica panegyri Tiguri fuit celebranda* à JO. JAC. HOTTINGERO, referente Auctore *Biblioth. Hiſt. Philol. Theol. Brem. Cl. 4. faſc. 3.* ſatis luculenter apparet, modernos Reformatos ab horrendo abſoluti decreti dogma-

dogmate, in *Synodo Dordracena* canoniſato, ne latum quidem ungvem diſcedere velle.

(†) Nec tamen ex his omnes ſic dictum *Univerſaliſmum* profitentur. Plerique etiam hodie in ipſa Marchia ſunt *Particulariſtæ* rigidisſimi, quod anno præterito 1721. contra PFAFFIUM ejusque affinem egregie oſtendit Auctor **der kurtzen und wolgegründeten Untersuchung dreyer ohnlängſt zum Vorſchein gekommener Schrifften/ die Vereinigung der beyden** Proteſtantiſchen **Kirchen betreffend.** Qui proinde cæteris noſtræ ætatis Syncretiſtarum oppugnatoribus celeb. in Præf. adductis, merito eſt accenſendus. Ad eosdem refero etiam DN. ERDM. NEUMEISTERUM, qui A. 1721. edidit **Kurtzer Beweiß / daß das itzige Vereinigungsweſen mit den ſo genannten** Reformirten **dem gantzen Catechiſmo zuwieder lauffe / nebſt einen Anhang / darin die Vereinigungs**-Puncte **unterſuchet werden.**

(*) Hoc *filii* nomen, & huic & cæteris in *Præfatione* adductis ſcriptis præfixum, exprimendum duxi, facile de cætero mihi perſvadens, poſtquam juvenem, apud nos commorantem, intimius noſcere, ſcriptaque ipſa legere licuit, illa ex alius Viri doctioris, vel ipſius Parentis DN. SEB. EDZARDI penu profluxiſſe. Quo itaque nomine digna judicavi, quibus in hac Diſſertat. inter doctorum virorum monumenta locum concederem.

§. III.

Jam vero recenſitis his Calvinianorum dogmatibus fidei ſpeique ſalutis fundamentum prorſus everti, ita ut, his aſſertis, nec fides, nec ſpes ſalutis in homine conſiſtere poſſint, jam dudum *Form. Conc.* docuit *p.621. 807. 808.* Certe, ut peccator in conſcientiæ terroribus & ſenſu iræ divinæ gratiam Dei ſibi applicet, in Chriſto confidat, ex verbis promiſſionis & Sacramentis fidem ſpemque ſalutis concipiat, ad hoc vel talibus opus eſt propoſitionibus Scripturæ, quibus *determinate* de hoc vel illo individuo dicitur, quod Deus illud velit ſalvari, quod Chriſtus pro eo ſatisfecerit, quod verbum promiſſionis & Sacramenta eorumque efficax operatio ad illud pertineat, vel *univerſales* requiruntur propoſitiones, quod Deus ſerio omnes velit ſalvos fieri &c. ut ex hac univerſalitate ad ſe in particulari & individuo deſcendere poſſit peccator, colligendo, Deus vult omnes ſalvari, ergo & me, Chriſtus pro omnibus ſatisfecit, ergo & pro me &c. Atqui prioris generis propoſitiones non dantur in Scriptura. Poſterioris autem generis non admittunt hypotheſes Reformatorum. Ergo omne corruit fidei ſpeique ſalutis

fundamentum. Illo vero ſublato, nec fidem nec ſpem ſalutis concipere poteſt peccator. *Minor* hujus ſyllogismi non indiget ulteriore probatione. Nec *major* in dubium vocari poteſt. A particulari enim indeterminato ad ſe in individuo determinate deſcendere vel argumentari non licet. Ex eo potius, cum creditur, Deum maximam hominum partem ſimpliciter & abſolute reprobaſſe, Chriſtum pro minima hominum parte efficaciter ſatisfeciſſe, media ſalutis, nempe verbum promiſſionis & Sacramenta eorum efficacem operationem, ad pauciſſimos pertinere, neceſſario dubius redditur peccator, adeo, ut nunquam certam fidem ſpemque ſalutis concipere poſſit. Hæc tam manifeſta ſunt, ut vel ipſi Reformati *Univerſaliſtæ* fratribus ſuis *Particulariſtis* ea objecerint. Vid. Dn. Engelke in *Pref. Collegii Anti-Calviniani Schomeriani*, & Sev. Lintrupius in Diſp. de *Contemtu Synodi Dordrac. in Anglia.*

§. IV.

Cum vero Dn. Pfaffio hodie contrarium defendere lubuit, poſtulat inſtituti ratio, ut, quid adverſus dicta excipiat, conſideremus. In *Inſtitutt. Theol. p. 265 - 269.* & *im nahern Entwurff p. 21.* ait א] Dogma hoc Reformatorum de abſoluto decreto ſpectari poſſe vel *ſolitarie & in abſtracto*, non habita ſimul ratione aliarum veritatum Eccleſiæ Reformatæ, vel *in concreto* & prout cum aliis eximiis veritatibus, quæ abſoluti decreti vim ſubruunt, e. gr. de teſtimonio interno Spiritus S. quo de gratia electionis certi reddimur, de criteriis fidei, denique de vera fidei, converſionis ſanctificationisque indole, iſtud connectitur. Priori modo hactenus à Theologis noſtris ſpectatum eſſe, qui abſolutum decretum inter errores fundamentales retulerunt. Cum his quoque concedit Pfaffius, abſolutum decretum, hoc modo ſpectatum, periculoſum oppido eſſe, & ſaluti nocere. Putat vero, in diſputatione adverſus Reformatos dogma illud *in concreto* ſpectandum eſſe, prout aliis veritatibus, iisque plane ſalutaribus, jam adductis, dilutum eſt. Et tum longe aliam controverſiæ ſcenam emerſuram, omnemque de fundamenti fidei læſione metum facile exſpiraturum. ב] ait: Reformatos abſolu-

ſolutum decretum ſaltem in *theoria* ſtatuere, in *praxi* vero in contraria omnia abire, abſolutumque reprobationis decretum nemini ante mortem impingere, ſed potius omnes electorum in numero ponere. Conf. *der nahere Entvvurff, p. 21. 22.* ubi verba ita fluunt: *Doch das iſt ja vvol hier das beſte, und vvelches gevvis die Gemüther der Evangeliſchen zur Vereinigung immer naher lencken mag, daſs die Reformirte ihre Catechiſationen, Predigten, Ermahnungen und Anreden alſo einrichten, als vvenn alle Recht zum Himmel und zur Gnade Jeſu hätten, und keiner derſelben vervvorffen vvare. Auf vvelche Weiſe denn dieſer Irthum nur in dem Gehirn bleibet, und in der That keinen Schaden an der Erbauung thut.* ג] ait: Reformatos, non obſtante dogmate de abſoluto decreto, ipſis noſtratibus etiam conſentientibus, ſalvari poſſe & actu ſalvari, ita ut eorum, qui apud Reformatos ob abſolutum decretum in deſperationem labantur, nullus texi index poſſit, & exempla hanc in rem ſaltem frequentia non extent. Conf. *naher Entvvurff p. 17.* Hæc ſunt PFAFFII argumenta, quibus Reformatos hoc in articulo ab erroribus fundamentalibus abſolvi poſſe ſtatuit.

§. V.

Prorſus vero nihil his omnibus lucrari Reformatos eorumque abſolutum decretum, facili demonſtrari poteſt negotio. Et quidem quod ad א] attinet, acceptamus ingenuam PFAFFII confeſſionem de abſoluto decreto ſolitarie conſiderato, quod periculoſum oppido & ſaluti perniciosum ſit. Negamus vero, quod noſtrates hactenus in Diſp. ſuis adverſus Reformatos hoc dogma eo modo tantum ſpectaverint. Contrarium vel ex ſolorum DARMSTADTINORUM *gründlichen Ausführung fol. 92. 155. 264. 349 - 354. 361 - 365.* JO. HÜLSEMANNI Diſp. *Quæ dogmata ad ſalutem creditu ſint neceſſaria, p. 451 - 455.* & JO. MUSÆI tr. de *Converſione, Diſp. 2. n. 108. 109.* quos hac vice allegare licet, manifeſtum eſt, ubi omnes PFAFFII exceptiones pro abſoluto decreto in concreto ſpectando jam ſolide profligatas habes. Hæc vero ut repetamus, ſicque, quam nihil PFAFFIANO hoc figmento controverſiæ ſcena mutetur, quam parum vel nihil metus de fundamenti fidei per abſoluti decreti dogma læſione tollatur, ſimul oſten-

oſtendamus, inſtituti ratio poſtulat. Nimirum tres hominum claſſes conſtituendæ ſunt. 1.) Eorum, qui non tantum fidem habent, ſed etiam effectus ejus in corde ſuo ſentiunt, qui teſtimonium habent in ſe Spiritus S. qui denique ſanctificationis opus in ſe experiuntur. 2.) Eorum, qui ſunt in ſtatu tentationis, ideoque nec fidem nec ejus effectus ſentiunt. 3.) Impiorum, qui fide adhuc deſtituuntur. Prioris generis multos in ipſis Reformatorum, inprimis Marchicorum, eccleſiis dari, non abnuo, qui ſcil. impium & blaſphemum abſoluti decreti dogma ignorant, ideoque ſimplici fide Chriſtum redemtorem ſuum, ſeque per Chriſtum cum Deo reconciliatos eſſe, credunt, indeque fidem ſpemque ſalutis certam conceperunt. Et hi quidem ex fidei criteriis, ex teſtimonio Sp. S. interno, ex vera converſionis, juſtificationis & ſanctificationis indole de fide & electione ſua certi eſſe poſſunt, quamdiu nempe Particularismi dogma ignorant. Jam vero quæritur: Si à ſimplici hac fide declinantes, univerſalem gratiam Dei negare, & particularismum è contrario moroſe defendere incipiunt, an fidem ſpemque ſalutis certam retinere, in eaque ex fidei criteriis, teſtimonio Spir. S. converſionis & ſanctificationis indole, confirmari queant? Et hic quidem omnino negative pronuntiandum eſt ex §. III. Ad fidei criteria tum attendere non amplius licebit. Conſtat enim, ex mente Reformatorum ipſos etiam reprobos fidem habere poſſe, quæ electorum fidei perquam ſimilis eſt. Ita Jo. D'Outrein, ſcriptor recentiſſimus, *im güldenen Kleinod. p. 128.* de *fide temporaria* docet: *Dieſer gleichet am nechſten dem ſeligmachenden Glauben.* Conf. Lampe *l. c. To. I. p. 158.* & Nic. Gurtlerus in *Inſtitut. Theol.* præcedente anno recuſis, *p. m. 355.* Sic ergo homini, abſoluti decreti dogma probanti, omnis de fidei ſuæ veritate, & conſequenter ipſa electione, certitudo eripitur. Vid. Darmstadt. *l. c. fol. 155. 219. 264. 349.* Nec teſtimonio interno multum confidere licebit. Hoc enim obtingit vel immediate, vel mediate. Non immediate, quod *Enthuſiaſtarum* eſt delirium. Si mediate, ergo mediantibus promiſſionibus Evangelicis, iisque vel univerſalibus vel particularibus. Non univerſalibus: Eas enim

non

non admittit Particulariſta. Nec etiam particularibus. Nullius enim ponderis hoc foret teſtimonium: Deus minimam hominum partem vult ſalvari, ergo & te: Chriſtus pro minima hominum parte ex Dei voluntate & intentione efficaciter ſatisfecit, ergo etiam pro te. Et ſic iterum homini, gratiæ particularitatem defendenti, omnis certitudo de teſtimonii Sp. S. interni veritate eripitur. Amiſſa vero certitudine de veritate fidei ac inhabitatione Spir. S. cadit ſimul argumentum ex ſanctificationis indole petitum, hæc enim priorum eſt effectus; inprimis, cum ad animum ſibi revocat Particulariſta, quæ de naturali pietate ac inſigni virtutum ſanctitatisque ſtudio, in ipſis ethnicis conſpicuo, hiſtorici tradunt. Conf. DARMSTADT. *f.361. 92.93.350.* De *tentatis* adhuc minus dubii eſt. Hi enim nec fidem, nec ejus criteria & effectus, nec Spir. S. teſtimonium intra ſe ſentiunt, ſed hæc omnia potius in ſe deprehendi negant. Quomodo ergo illi ex fidei criteriis, ex Spir. S. teſtimonio fiduciam in Deum concipere, deque electione ſua certi fieri queant, non intelligo. Certe, niſi univerſalibus promiſſionibus animum erigant, non aliud ſupereſt fundamentum, ex quo fidem ſpemque ſalutis concipiant. Hæc tam manifeſta ſunt, ut vel ipſi *Reformati* fateri neceſſe habuerint, *hos homines Dei judicio relinquendos eſſe, nec poſſe hominum opera per Scripturam erigi.* Vid. DARMSTADT. *f.21.36.717.983 179 180.354.352.* Jo. MUSÆUS *in der Ausführlichen Erklährung, p. 127.* Idem de *impiis*, nondum converſis, qui ſane potiorem hominum partem conſtituunt, judicium eſto. Quia enim fide, fidei criteriis, teſtimonio Spir. S. & vera ſanctificatione adhuc prorſus deſtituuntur, ex illis de electione ſua certi reddi nequeunt. Nec meris particularibus promiſſionibus fides in illis excitari poteſt. Sic ergo potior hominum pars omni fidei ac ſpei fundamento prorſus deſtituitur. Vid. Jo. MUSÆUS *l. c. p. 123.* & dubium ab ipſo Reformato Theologo nuper motum, ab AUCTORE *der Kurtzen und wolgegründeten Unterſuchung* publice propoſitum. Ex his itaque manifeſtum eſſe puto, figmenta PFAFFIANA de criteriis fidei, teſtimonio Spir. S. veraque converſionis ac ſanctificationis indole, periculum ſalutis, ex abſolu-

ſoluto decreto metuendum, prorſus nihil imminuere. כב] Nec altera PFAFFII ratio hoc efficere valet. Quamvis enim Doctores Reformati in praxi erga auditores ſuos ita ſe gerunt, quaſi omnes ſint electi, omnesque in concionibus vel inſtitutionibus in electorum numero habent; hi ipſi tamen auditores ex libris, concionibus, imo & catecheticis inſtitutionibus Doctorum ſuorum diſcunt & intelligunt, Deum nolle omnes homines ſalvos fieri, maxima hominum parte abſoluto decreto reprobata, Chriſtum pro minima ſaltem hominum parte ex intentione Dei efficaciter ſatisfeciſſe, Spiritum S. per verbum prædicatum nolle in omnibus efficaciter operari pœnitentiam & fidem. Hoc vero ubi ſecum reputant auditores, fieri ſane aliter non poteſt, quin Doctorum ſuorum actiones & inſtitutiones rideant, quibus omnes ad fiducialem acceſſum ad Chriſtum hortantur, quos tamen non omnes admitti à Deo credunt, quibus omnes prædicant electos, quos tamen maximam partem abſolute reprobatos eſſe ſciunt. Et quid videtur DN. PFAFFIO? cum Dei verbum (quod ſtatuunt Reformati,) maximæ hominum parti omnem ſalutis ſpem ſimpliciter præcidit, num ex eo auditores fiduciam concipere poſſunt, quod homo eos bono animo eſſe jubeat, vel electos prædicet? Sane, quamdiu auditores per theoriam Doctorum ſuorum particularismo imbuuntur, facile fieri poteſt, ut conſcientia tacitis cogitationibus univerſæ praxi Doctorum reclamet, vel ſaltem dubitare incipiat, an praxi & verbis Doctorum ſuorum tuto confidere poſſit. Fruſtra excipiunt Reformati, & ſpeciatim LAMPE *l. c. p. 157. Kein Menſch kan in dieſen Leben ſagen, ich bin nicht ervvehlet*, nec non ANON. *Tigurinus in der einhelligen und tröſtlichen Grund-Lehre der Proteſtirenden Kirchen, p. 9. Kein Menſch hat Urſach, ſich ſelber zu zehlen unter die, ſo Gott aus ſeiner Gnade ausgeſchloſſen oder vervvorffen hat. Die Schrifft ſagt zvvar: Viel ſind beruffen, aber vvenig auservvehlet: Aber ſie erklähret ſich doch nicht, vvelches dieſelbigen ſeyn, ſondern ſie ſaget vielmehr, daſs Gott alle Menſchen vvolle ſelig haben*: Novimus enim, ex mente Reformatorum has promiſſiones, qua literam univerſales, qua ſenſum non eſſe univerſales, ſed particulares. Hoc vero ubi creditur, maxi-

maxima hominum pars, imo omnes de ſalute ſua dubitandi ſeq; in reproborum numero ponendi ſatis habent cauſæ, licet reprobi determinate non ſint expreſſi, quicquid etiam dicant Reformati: Sufficit enim, quod indeterminate, plurimos abſolute reprobatos eſſe, dicatur. Cum Chriſtus indeterminate diceret, unum ex diſcipulis ſeſe proditurum, ſtatim metus inceſſit omnes, unoquoque verente, ne ipſe eſſet, de quo Chriſtus loqueretur. Matth. XXVI. 21. 22. Sic cujuslibet animus metu ſuſpenſus tenebitur, an forte ipſe in numero reproborum ſit, cum indeterminate plurimos abſolute reprobatos eſſe, intelligit. Et quid videtur Dnn. Reformatis? Num hoc in hominis poteſtate eſt, cum fidei plerophoria ſemper ſeſe electis accenſere? Hoc tum demum fieri poterit, cum Satanas ceſſabit nos appetere, quos ventilet ſicut triticum, cum deſinet ut leo rugiens obambulare, quærens quos devoret. Hic ergo ſi homini ſcrupulum injecerit de gratia Dei ſuaque ſalute, hoc certe parum adferet ſolatii, quod reprobi in Scriptura determinate non ſint expreſſi. Conf. DN. NEUMEISTERI ſcriptum, A. 1721. *Anonymo Tigurino* oppoſitum ſub tit. *Calviniſche Argliſtigkeit, aus einer zu Zürich heraus-gekommenen Vereinigungs-Schrifft, männiglich zu getreuer Warnung für Augen geleget, p. 12. 14* quod iterum recentiſſimis ſcriptis Anti-Syncretiſticis accenſendum. 3] Ultima PFAFFII ratio duobus conſtat membris. *α)* ait: *Reformatos, noſtris etiam conſentientibus, non obſtante dogmate de abſoluto decreto, ſalvari poſſe, & actu ſalvari.* Diſtingvimus vero hic inter homines ſimplices, dogma abſoluti decreti ignorantes, ſimplicique proinde fide Chriſtum ſuum redemtorem agnoſcentes, & inter moroſos abſoluti decreti defenſores. Prioribus ſalutem non abjudicamus. Nec tamen inde abſoluto decreto aliquid accedit lucri. De poſterioribus vero audiat PFAFFIUS ſententiam PAULI Gal I. 8. 9. *Etiamſi nos aut Angelus è cœlo evangelizaverit vobis præter id, quod vobis evangelizavimus, anathema eſto. Ut ante diximus, etiam nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema eſto:* & JOHANNIS 2. Ep. 9. *Quisquis non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet.* Hæc eſt noſtrorum Theologorum γνησίως Lutheranorum

 ſen-

ſententia. Fallunt ergo imperitos Dn. Pfaffius ejusque affinis, non obſervato hoc diſcrimine noſtratium conſenſum objicientes. Conf. *die kurtze und wolgegründete Unterſuchung*, §. 25. β) ait: *Eorum, qui apud Reformatos ob abſolutum decretum in deſperationem labantur, nullum texi poſſe indicem, & exempla hanc in rem ſaltem frequentia non exſtare.* Reſp. 1.) Non eſt quæſtio, quid actu fiat, ſed quid per hypotheſes Reform. fieri poſſit. Quod non omnes moroſi defenſores abſoluti decreti in deſperationem labantur externe conſpicuam, inde fieri poteſt, quod ex falſa philautiæ perſvaſione quilibet ſe electum reputet. Ita enim à teneris ungviculis ſuos promiſcue inſtruunt Calviniani. Vid. *Catech. Palat. qv. 1.* Interim tamen per hypotheſes Reform. facile fieri poſſe, ut, omni ſalutis ſpe prorſus abjecta, in deſperationem labantur homines, ex ſuperioribus manifeſtum eſt. Imo haud raro actu hoc factum eſſe, docent exempla à noſtratibus paſſim collecta. Vid. Seb. Edzardi de *Fugienda unione cum Reform. p. 27. 28.* & Treugii *Calviniſches Todt-Bette.* 2) Quid videbitur Dn. Pfaffio, ſi hanc ejus rationem ad ipſos *Socinianos & Pontificios* applicavero: Eorum, qui apud *Socinianos & Pontificios* in deſperationem labuntur, nullus texi poteſt index, & exempla hanc in rem ſaltem frequentia non extant, ergo dogmata *Socin.* & *Pontif.* non evertunt fidei fundamentum? Non, credo, probabit.

§. VI.

Progredimur ad alterum doctrinæ caput, in quo fundamentalis erroris accuſantur Reformati, nempe de *Communicatione idiomatum divinorum, H. C. N. per unionem perſonalem facta.* In *Inſtitut.* quidem *Theol. p. 390 - 399.* Pfaffius non tantum mentionem facit communicationis idiomatum divinorum, H. C. N. factæ per donationem ad communem poſſeſſionem, uſurpationem & denominationem, ſed etiam communicationis idiomatum humanorum divinæ naturæ factæ per appropriationem, & in utroque capite Reformatorum cauſam agit: At *im nähern Entwurff p. 15.* de illa tantum agit, hoc ipſo ſine dubio innuens, quod illam præcipue alicujus momenti eſſe credat. Nobis itaque,

itaque, ſpatii inſuper anguſtia coactis, iisdem terminis noſtram quoque tractationem circumſcribere placet. Quæ jam eccleſiæ noſtræ de hoc articulo ſit ſententia, iterum ex *Form. Conc. Art. 8.* conſtat, quo docetur: *Humanæ Chriſti naturæ in perſona Chriſti, per unionem perſonalem, vere & realiter, citra tamen phyſicam aut naturalem effuſionem, citra naturarum commixtionem aut confuſionem, citra naturarum abolitionem, transmutationem aut exæquationem, communicata eſſe divina & infinita idiomata per donationem, ad communem cum divina natura poſſeſſionem, uſurpationem & denominationem, ita, ut non ſolum divina, ſed etiam humana natura in perſona Chriſti dici poſſit & vere etiam ſit vivifica, omnipræſens, omnipotens, omniſcia.* Et hoc quidem vi dictorum *Coloſſ. II. 3 9. Matth. XXVIII. 18 Joh. VI 50 ſqq.* Contrarium docent *Reformati*, theſin hanc noſtram ſimpliciter improbantes, quicquid etiam ad palliandum vel excuſandum eorum errorem dicat PFAFFIUS in *Inſtitutt. p. 394. 395.* Nimis clara ſunt verba *Catechiſmi Palat*, libri ſymbolici eccleſ. Reform. *qv. 47.* *Chriſtus iſt wahrer Menſch und wahrer Gott. Nach ſeiner menſchlichen Natur iſt er jetzunder nicht auf Erden, ſondern nach ſeiner Gottheit, Majeſtät und Geiſt weicht er nimmer von uns.* Ubi ſimpliciter omnipræſentiæ communicatio negatur, conſentientibus etiam recentiſſimis commentatoribus ſtatim adducendis. Quod vero de uno dicitur idiomate, id valet de omnibus. Hinc etiam ad hanc qvæſt. JO. D'OUTREIN *im gulden Kleinod p 341.* ſimpliciter omnem divinorum idiomatum communicationem negat: *Die Eigenſchafften des einen Weſens können dem andern nicht mitgetheilet werden, wie genau ſie auch möchten mit einander vereiniget werden, insbeſonder, wenn ſolche Weſen in ihrer Natur und ihren Eigenſchafften voneinander unterſchieden ſind.* Et porro: *So viel weniger können Göttliche Eigenſchafften, die eine Unendlichkeit und höchſte Vollkommenheit in ſich ſchlieſſen, einem Geſchöpfe oder einer menſchlichen Natur mitgetheilet werden, wie genau ſich auch die Gottheit damit vereinigen möchte.* Conf. *p. 342 - 344* (†) Eadem mens eſt F. A. LAMPII in libello *Milch der Warheit p. 98.* ubi ait: *Per unionem perſonalem habe die Gottheit keine menſchliche Unvollkommenheiten, und die Menſchheit keine Göttliche Vollkommenheiten empfangen.* Conf. *p. 130.*

Digitized by Google

(†) Ubi ſummam nota hominis malitiam, qua nobis affingit ſententiam de expanſione eſſentiæ divinæ, & locali impletione omnium rerum, interim tamen ipſe omnipræſentiam eſſentiæ divinæ ita deſcribit, ut, omiſſa ipſa *ἀδιαςασίαν*, per ſolam operationem, conſervationem & gubernationem eam definiat, p. 345.

§. VII.

Hunc vero Reformatorum errorem fundamentalem eſſe, quo fidei ſpeique ſalutis fundamentum evertatur, jamdudum *Form. Conc.* monuit, non ſolum *p.630.631.* verbis ab ipſo PFAFFIO in *Inſtitutt. p.396.* adductis, ſed etiam *p.786.* ubi *pernicioſum* vocat *errorem, qui Chriſtianis ſummam illam conſolationem eripiat, quam è promiſſionibus divinis haurire poterant.* Nimirum, quod Reformatorum error hoc in articulo fidei fundamentum lædat, tum erit manifeſtum, ubi demonſtravero, per eum ſatisfactionis Chriſti ſufficientiam ac efficaciam prorſus enervari: hanc enim ad fidei fundamentum pertinere, unde fiducia in Deum ſpesque ſalutis generetur, cum Reformatis haud gravatim concedet PFAFFIUS. 1.) Ergo, quod ſatisfactionem per *obedientiam paſſivam* concernit, Scriptura docet, ipſo naturali ſangvine Chriſti genus humanum redemtum & cum Deo reconciliatum eſſe, Act.XX.28. 1.Petr.I.18.19. ita, ut ſine hujus ſangvinis effuſione nulla fiat expiatio Ebr.IX.22. ipſum naturalem ſangvinem Chriſti purificare nos à peccatis 1.Joh.I.7. Ebr.IX.14. Hoc vero præſtat ſangvis Chriſti vel per virtutem & proprietates eſſentiales, quas in ſe habet per naturam ſuam, vel per virtutem & proprietates divinas & infinitas communicatas. Non per priores, ob Pſalm. XLIX.8.9. Ebr.XII.24. Ergo per communicatas, quod nos ſtatuimus. Has vero ubi negaveris, quod faciunt Reformati, negatur ſimul ſufficiens & efficax redemtio per Chriſtum ejusque ſangvinem, quod manifeſtum. Si excipias, ſangvinem Chriſti ex eo virtutem ac efficaciam redimendi genus humanum habere, quod per unionem perſonalem ſit ſangvis θεανθρώπου, ipſius filii Dei: reſpondeo, hoc nondum ſufficere ſenſu Calviniano, quia Reformati unionem perſonalem ſtatuunt ſine omni communicatione ὑποςάσεως & idiomatum. Niſi ergo ſanguis Chriſti

ex

Digitized by Google

ex eo, quod per unionem perſonalem eſt ſangvis θεανθρώπου & filii Dei, cum divina ὑποστάσει etiam communicatam acceperit divinam ac infinitam virtutem, divinas ac infinitas proprietates, ratione efficaciæ ſuæ prorſus non differet ab alius φιλανθρώπου ſangvine, qui juxta 2. Petr. I. 4. *particeps factus eſt divinæ naturæ*, vel *à Chriſto ſuſtentatur*, juxta *Ebr. I, 3.* 2) De ſatisfactione per ***obedientiam activam.*** Si humanæ Chriſti naturæ per unionem perſonalem non eſt communicata vere divina & infinita poteſtas, tum nec Chriſtus ſecundum humanam naturam erit Dominus legis, quod tamen de ſe ipſo prædicat *Matth. XII. 8.* Vid. PRÜCKNERUS in *Vindiciis ad h. l.* Porro, ſi qua homo non eſt Dominus legis, lege erit inferior, legi erit obnoxius pro ſe, ut ex *Calvin.* ſtatuerunt PAREUS & PISCATOR, quem ultimum excuſat & defendit NICOL. GÜRTLERUS in *Inſtit. Theol. p. 739. 740.* quod tamen eſt contra *Gal. IV. 4. 5.* ubi dicitur: *Chriſtum ideo factum eſſe ſub lege, ut nos redimeret à lege*: unde ſequitur, eum alias non fuiſſe legi ſubjiciendum, niſi nos redimere voluiſſet à lege, & per conſequens, pro ſe non fuiſſe legi obnoxium. Abſonum enim dictu foret: Chriſtus pro ſe legi ſubjectus fuit, ut nos à lege redimeret. Conf. iterum PRÜCKNERUS *ad h. l.* & B. MEISNERUS in *Anthropol. S. Diſp. 24. Th. 94.* it. FRID. BALDUINUS in *Comm. ad h. l.* Præterea, ſi qua homo pro ſe legi eſt obnoxius, tum qua homo obedientia ſua activa legi ita ſatisfacere non potuit, ut nobis aliquid promereretur, nempe adoptionem, gratiam Dei & remiſſionem peccatorum, quia obedientia meritoria debet eſſe indebita, juxta *Luc. XVII. 10.* Ex his denique judicet Lector, annon, negata communicatione idiomatum, ſatisfactioni & merito Chriſti multum detrahatur, & per conſequens fidei fundamentum labefactetur. 3) De ***utraque obedientia*** ſimul repetimus, non obſtante Reformatorum contradictione, qua evidentiſſimam conſequentiam negare non erubeſcunt, tritam Theologorum argumentationem: Si H. N. C. non ſunt communicata idiomata divina, tum nec ὑπόστασις filii Dei ei erit communicata, quia, vel ipſis fatentibus Reformatis, idiomata & ὑπόστασις divina à parte rei unum idemque ſunt. Si vero non eſt communicata ὑπόστασις,

tum

Digitized by Google

tum ſoluta erit unio perſonalis, duæque in Chriſto ſtatuendæ perſonæ. Divina nempe natura ob ſummam perfectionem & immutabilitatem propriam non amiſit ſubſiſtentiam. Humana vero aut ſubſiſtit *aliena*, ſcilicet Filii Dei communicata, aut *propria*, aut *nullam* prorſus habet. Ultimum hoc dici nequit, quia ſic humana natura per unionem perſonalem deterior facta eſſet noſtrâ. Nec etiam ſubſiſtit alienâ, ſcil. Filii Dei communicata, ex hypotheſi Reform. Ergo propriâ. Et ſic duas in Chriſto habebis perſonas, quod eſt Neſtorianum. Si vero H. N. per ſe eſt perſona, tum finita perſona pro nobis legi ſubjecta, paſſa & mortua eſt, quæ juſtitiæ Dei ſatisfacere non potuit. En iterum negatam ſufficientem & efficacem ſatisfactionem, ipſumque proinde fidei fundamentum everſum.

§. VIII.

Nihilominus Pfaffius Reformatos abſolvit, in *Inſtitut. p. 398.* diſerte ſcribens: *Saltem error fundamentalis & hæreſis apud diſſentientes ubi hic jam lateat, haud amplius patet.* Videamus ergo ejus rationes. I.) Vehementer improbat acerbeque perſtringit *abſtractivas* phraſes, quibus eccleſia noſtra utitur, cum non tantum *in concreto* dicimus, homo Chriſtus eſt omnipræſens, omniſcius, omnipotens, &c. ſed etiam *in abſtracto*, humana Chriſti natura eſt omniſcia, omnipræſens, omnipotens, vivifica. Verba ejus *im nähern Entvvurff p. 15.* ita ſe habent: *Allein vver greifft nicht mit Händen, daſs dieſe gantze Streitigkeit entvveder gar kein Gevvicht mit ſich führe, und nur auf eine unnöthige Hirn-Grübeley hinauslauffe, oder gar in einen bloſſen Wort-Streite beſtehe? Siehe da, ſolten vvir uns nicht vergnügen zu vviſſen, daſs der Gott-Menſch Chriſtus unſer Heyland allvviſſend, allmächtig, allgegenvvärtig und anbetensvvürdig vväre? Was iſt es nöthig, daſs du in deinen Gehirn dir hier die menſchl. Natur, die doch niemahlen von der göttlichen getrennet vvird, allein vorſtelleſt, und grübleſt, ob denn der menſchlichen Natur, insbeſondere auch die göttlichen Eigenſchafften zukommen? Was iſt es nöthig, ſage ich, daſs du in deinen Gehirn ſolche Abſonderung macheſt, und mit deinen Philoſophiſchen Abſtractionen, die ja nichts als Zanck gebähren, die Kirche irreſt? Packe dich, ach ich bitte dich, vvo du nur noch einen Funcken des Göttlichen Lichts und der vvahren*

Glau-

Glaubens-Erkäntnis bey dir haſt, ach! packe dich doch mit deinen Philoſophiſchen Grillen nach Hauſe, und laſſe die Kirche Gottes mit deinen Metaphyſiſchen Schreck-Bildern und Hirn-Geſpenſten unvexiret. Si impotentis hujus zeli rationes quæris, habes eas in *Inſtitutt. p. 391. 392.* 1.) quod neceſſariæ plane haud ſint abſtractivæ locutiones, cum ad fidei fundamentum illæſum ſervandum ſufficiant phraſes concretivæ, Chriſtus θεάνθρωπος eſt omniſcius, omnipotens &c. 2.) quod in Scriptura non habeant fundamentum. Sane vix crederes, Theologum Lutheranum hæc talia ſcripſiſſe, qui ne latum quidem ungvem â communi noſtratium aut Formulæ Conc. ſententia ſe recedere gloriatur, niſi ſcripta litera teſtaretur. Cæterum falſiſſima eſt utraque PFAFFII ratio, qua uſum abſtractivarum locutionum hoc in articulo damnat. Neceſſariæ utique ſunt iſtæ phraſes, quibus non ſolum de homine Chriſto in concreto, ſed de ipſa etiam humana natura in abſtracto divina idiomata communicata prædicantur, quia, niſi in abſtracto humanæ Chriſti naturæ divina axiomata communicata dixeris, privatur illa omni virtute ſatisfaciendi pro peccatis hominum, iisque adoptionem & gratiam Dei promerendi, quod §. præced. luculenter evictum dedimus. Præterea concretivæ phraſes, ex mente Reformatorum, nihil aliud volunt, quam perſonæ communicata eſſe divina idiomata. Hæc vero communicatio, ipſo PFAFFIO judice in *Inſtitutt. p. 393.* nulla eſt. Perſona enim Chriſti jam ab æterno habuit divina idiomata. Quod autem quis jam habet, id ei proprie loquendo communicari nequit. Habent etiam abſtractivæ phraſes ſolidum in Scriptura fundamentum. Cum nempe caro Chriſti dicitur vivifica, & ſangvis ejus nos mundare à peccatis, manifeſtum eſt, divina hæc axiomata non de perſona, ſed de natura in abſtracto prædicari. Vid. *Form. Conc. p. 775. 776.* & DN. ELSWICH in *Vindiciis* citatis, *p. 67.* II.) Nullius momenti eſt altera PFAFFII ratio, qua in *Inſtitutt. p. 393. ſqq. & im nähern Entwurff. p. 15. 16.* ſtatuit, Reformatos hodie orthodoxe ſe explicare, aliamque induiſſe mentem, ita, ut noſtram ſententiam orthodoxe explicatam haud ægre ſint admiſſuri. Contrarium ex recentiſſimorum verbis, §. 6. adductis,

mani-

manifeſtum eſt, quibus ſimpliciter negant, per unionem perſonalem humanam naturam divinas accepiſſe perfectiones ſive proprietates. Imo Jo. D'Outrein *l. c.* in Ind. voc. *Lutheraner* ſcribere haud veretur: *Lutheraner irren in den Artickel von der Leibl. Gegenwart Chriſti; Haben einen verkehrten Begriff von der Vereinigung der zwo Naturen in Chriſto.* Nec hujus vel illius hominis commodiora verba totius eccleſiæ orthodoxam mentem probant, quod ex recentioribus noſtratium, Löscheri, Edzardi, Wernsdorfii, Elsvvichii ſcriptis Anti-Syncretiſticis diſcere potuiſſet Pfaffius. III.) Tertia ejus ratio plane injuria eſt in fidem Chriſtianam, cum in *Inſtitut. p. 398.* ait: *Ultra captum vulgi hac omnia ſunt, quod vel ſolum oſtendit, hic circa articulum fidei fundamentalem quæſtionem nullam eſſe, cum inter articulorum fundamentalium criteria dudum hoc poſuerimus, eos ita comparatos eſſe debere, ut à vulgo capi poſſint, religionemque non minus vulgi quam doctorum, imo magis vulgi quam doctorum eſſe, conſtet.* Rem ipſam capere poteſt ac debet vulgus, quod ſcil. per unionem perſonalem humanæ Chriſti naturæ divina idiomata communicata ſint, licet modum non accurate intelligat, quomodo hoc factum ſit, nec terminos philoſophicos & eccleſiaſticos, quibus Doctores hoc in articulo utuntur majoris *ἀκριβείας* cauſa. Num vero hæc dogmata omnia numero fundamentalium articulorum fidei Chriſtianæ excludenda ſunt, quæ vulgus hac ratione non capit? Quid ergo fiet de Trinitatis myſterio, quod æque imperfecte capit vulgus ac myſterium unionis perſonalis & communicationis idiomatum?

§. IX.

Sequitur ultimus articulus de *Sacra Cœna*, in quo Reformati errorum fundamentalium accuſantur. Capita vero, de quibus controvertitur, duo ſunt. 1.) de præſentia C. & S. C. in S. C. 2.) de S. Cœnæ efficacia. De *priori* noſtræ eccleſiæ ſententia ex *Form. Conc. p. 597. 598.* hæc eſt: *Quod in S. Cœna verum corpus & verus ſanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti vere* (non ſaltem figurative) *&* *ſubſtantialiter* (i. e. qua ipſam ſubſtantiam ſuam, non ſolam virtutem) *ſint præſentia*, (tali nempe præſentia, quæ corporis & ſangvinis Chriſti adeſſentiam ad ſymbola euchariſtica in his ter-

ris,

ris, citra diſtantiam, importat) *atq; cum pane & vino diſtribuantur*, (ſcil. non immediate à Deo, ſed ipſius miniſtri manu) *& ore* (nempe corporis, non fidei tantum. Unde p. 600. Credimus, inquiunt confeſſores, docemus & confitemur, corpus & ſangvinem Chriſti non tantum ſpiritualiter per fidem, ſed etiam ore, non tamen Capernaitice, ſed ſupernaturali & cœleſti modo, ratione ſacramentalis unionis, cum pane & vino ſumi.) *ſumantur ab omnibus illis, qui hoc ſacramento utuntur, ſive digni ſint, ſive indigni, boni aut mali, fideles aut infideles.* De *poſteriori* docemus, quod Sacramentum Cœnæ ſit efficax medium confirmandi & obſignandi in nobis fidem de gratia Dei, remiſſione peccatorum & æterna ſalute, non ad inſtar picturæ vel alius cujusdam figuræ, cœleſtia dona ſaltem ſignificantis, cujus intuitu boni motus in nobis excitari ſolent, ſed tanquam vera cauſa organica, mediante qua & per quam Deus credentibus confirmat & obſignat fidem, ita ut in effectus divinos vere coinfluat Sacramentum. Quam efficaciam habet non tantum à verbo promiſſionis huic Sacramento annexo, quodque ſemper efficax eſt in credentibus & potentia Dei ad ſalutem Rom.I. 16. ſed etiam à re cœleſti, cum terrena realiter unita, nempe carne Chriſti vivifica, quæ dat, confert, confirmat, obſignat per efficacem ſuam operationem in nobis, digne utentibus vitam Joh.VI. 51. & ſangvine ejus purificante nos ab omnibus peccatis 1. Joh. I. 7. Quomodo his fiducia lætitiaque cordis in homine excitari atque confirmari poſſint, egregie illuſtrat WERNSDORFIUS in Diſp. *de Diſſenſu fundam. Luth. & Reform. in Art. de S. Cœna* §. 18. cujus itaque verba adſcribere placet: *Innovatur quidem, ſcribit* G. CALIXTUS *Diſp. I. de Tranſſubſt Th.2. memoria magni Ducis aut Regis, pro populo ſuo & patria generoſe mortui, ſi hiſtoria rei geſtæ recitetur, vel imago oculis ſubjiciatur; longe autem magis, atque ita, ut animum validius moveat, percellat, penetret, ſi corpus ipſum defuncti adſit præſensque ſiſtatur, etiamſi loculo ſit contectum, &, ut in ſe eſt, conſpici nequeat. Ita etiam, inquam, Servator noſter, ut efficaciſſima eſſet recordatio, & ad ſpem fiduciamque noſtram fulciendam potentiſſima, corpus pro nobis in mortem traditum, ſangvinemque effuſum nos voluit comedere & bibere, ſacra-*

mento tamen quaſi contectum, ut in ſenſus non incurrat. Illuſtrabo rem amplius: Jacobo Patriarchæ latus adferebatur nuntius, Filium vivere, & beatiſſime vivere. Non credebat initio, alia omnia perſvaſus: Sed cum videret currus & jumenta ad ſe advehendum miſſa, tum animo recreatus velut ad ſeipſum redibat. Tandem, cum filium coram videre, & complecti præſentem, & os ori admovere, oſcula quoque dare & accipere poſſet, tum vero extra ſe raptus prorſusque voti damnatus, nil ſibi felicitatis in terra reſtare amplius arbitrabatur. Sic, ubi Evangelium nobis de recuperata per Chriſtum ſalute proponitur, haſitamus non raro, ſaltem applicare nobis, quæ promittuntur, firma ſolidaque perſvaſione non poſſumus. Ubi panem & vinum vehicula corporis & ſangvinis Jeſu Chriſti certiſſima intuemur, animo mirifice confirmamur. Ubi vero mediantibus illis Chriſtum ipſum nos participare meminimus, tum vero præ nimio gaudio Evolemus! Evolemus! *cum* Monica, *Hipponenſis matre, intra nos exclamamus. Tantum in orali C. & S. C. manducatione, &, quam illa ſupponit, vera & reali præſentia ſitum eſt.*

§. X.

Jam, quid de his capitibus ſentiant Reformati, videamus. 1.) Cum in *Catech. Palat. Qv. 47.* diſertis verbis, §. 6 adductis, omnipræſentiam, imo omnem præſentiam ſubſtantialem H. C. N. in his terris negant, eamque abſolute cœlo includunt, nihil aliud inde ſequi poteſt, quam C. & S. C. in S. C. ſubſtantialiter non eſſe præſentia Symbolis euchariſticis, ita, ut cum pane & vino ore corporis ſumi poſſint ab indignis pariter ac dignis. Et hoc tantum abeſt, ut in *Catechiſmo* negetur, ut potius in Art. de *Sacra Cœna* nihil magis diſcipulis ſuis inculcare voluerint, quod in *Diſſ. noſtra inaug. ſuper Quæſt. 80. Catech. Palat. P. I.* §. 6. luculenter oſtendimus. 2.) Quamvis recentiores quidam commodioribus & ad mentem Lutheranorum propius accedentibus verbis uti cœperunt, lingvam tamen ſaltem mutarunt, non mentem, quod noſtrates itidem recentiores, jam ante citati, & ex his præcipue Wernsdorfius in Diſſert. paulo ante memorata, clarisſime demonſtrarunt. 3.) Confirmo hæc recentiſſimorum verbis, animum Reformatorum orthodoxæ noſtræ ſententiæ infenſiſſimum luculenter prodentibus. Jo. D'Outrein *im*

gül-

gülden Kleinod p.604. ſubſtantialem præſentiam C. & S. C. in S. C. expreſſe vocat errorem non tantum Pontificior. ſed ipſorum etiam Lutheranorum. Ita quoque *p. 607.* errorem vocat, *daſs Lutherus und ſeine Nachfolger vorgeben, daſs zwar keine Veranderung des Brodts und Weins Platz hatte, indeſſen doch Chriſti Leib im Abendmahl warlich und weſentlich gegenwartig waren, ja es würde derſelbe in, mit und unter den Brodt von den Communicanten genoſſen und gegeſſen,* ſimulque *Conſubſtantiationis* errorem nobis affingit. Imo *p 609.* ait, C. & S. C. abſentia eſſe: *Denn Chriſtus habe gewolt, daſs man das Abendmahl inskünfftige thun ſolte zu ſeinen Gedachtnis, und Paulus befeble, daſs man dadurch ſolte verkündigen den Tod des Herrn, bis daſs er komme. Welches beydes ſtreite mit der Leibl. Gegenwart Chriſti im Heil. Abendmahl: Denn man unterhalte das Gedachtnis von einen der abweſend, nicht aber von einen der gegenwartig iſt.* Pag. 610. inquit: *Chriſtus iſt ſo gegenwartig, und wird ſolchergeſtalt gegeſſen, wie er dem Glauben kan Nutzen bringen. Er bezeuget aber ſelbſt, das Fleiſch iſt kein nütze.* Negat ergo, carnem eſſe præſentem: negat, carnem accipi ab infidelibus. *Pag. 614.* improbat, quod in verbis inſtitutionis verbum EST proprie & ſecundum literam intelligamus, & dicit, intelligendum eſſe improprie, *Hoc ſignificat corpus meum.* Eadem mens eſt F. A. LAMPE in *additionibus ad hunc* JO. D'OUTREIN *librum.* A *pag. 594 - 599.* non niſi meras figuras & ſignificationes Sacramenti adfert. *Pag. 600. 601.* corporalem præſentiam & manducationem rejicit, eamque inutilem vocat. Idem *im Milch der Warheit, p. 218. 219.* nonniſi ſpiritualem agnoſcit manducationem & bibitionem per fidem: *Fr. Wird denn der gekreutzigte Leib Chriſti im Heil. Abendmahl warlich gegeſſen, und ſein vergoſſen Blut warlich getruncken? Antw. Ja: Aber auf eine geiſtliche und Sacramentirliche Weiſe. Fr. Wie beſchreibet dieſelbe unſer Catechiſmus? Antw. Er merckt das Eſſen und Trincken an theils als eine That, darin der Menſch würckſahm iſt, theils als eine ſolche That, die mit einen würcklichen Genus verknüpfet gehet. In den erſten Sinn heiſſet Chriſti Leib eſſen und ſein Blut trincken ſoviel, als mit glaubigen Hertzen das gantze Leiden und Sterben Chriſti annehmen. In den zweyten Sinn aber, Chriſti auf eine warhafftige und krafftige Weiſe zur Rechtfertigung und Heiligung theilhafftig werden.*

den. Adhuc clarius errorem ſuum profitetur *p. 224. Fr. Welches iſt der Haupt-Irthum, der wieder die Lehre des Heil. Abendmahls erdacht iſt? Antw. Der Irthum derer, die eine Leibliche Gegenwart und Genieſſung Chriſti in dem Heil. Abendmahl glauben. Fr. Wie mancherley Geſtalt hat dieſer Irthum? Antw. Zweyerley. Die Lutheraner wollen, daſs der wahre Leib Chriſti in, mit und unter den Brodt gegenwärtig ſey, und mit dem Munde des Leibes empfangen werde,* &c. Ex his mentem Reformatorum etiam modernorum ſatis manifeſtam eſſe puto, quod nempe corporis & ſangvinis Chriſti realem & ſubſtantialem ſ. corporalem præſentiam, (qua ſcil. ipſum corpus, ipſa ſubſtantia C. & S. C. in S. C. præſens eſſe ſtatuitur,) ejusque oralem manducationem ac bibitionem ſimpliciter negent, & tanquam errorem noſtræ eccleſiæ damnent. Ipſe TURRETINUS in *Diſp. de Artic fidei fund* (*) *Nubi Teſtium præmiſſa, p. 48.* prodigioſum planeque incomprehenſibilem præſentiæ modum vocat, quem nos ſtatuimus, quemque Reformati, utpote inutilem & inſuperabilibus difficultatibus obnoxium, admittere nequeant. Quemadmodum itaque hoc in capite de Præſentia C. & S. C. à nobis diſſentiunt, ita quoque in altero, de S. C. efficacia, non poſſunt non noſtram ſententiam rejicere. Tribuunt quidem S. C. quod confirmet & obſignet in credentibus fidem: Negant vero, hoc fieri per Sacramentum & mediante ſacramento, tanquam cauſa organica & medio efficace, coinfluente in ſpirituales effectus, quia ſcil. præſentiam carnis vivificæ & purificantis ſangvinis Chriſti, quæ eos in nobis efficere debent, negant. Statuunt potius, confirmationem & obſignationem fidei *in* Sacra Cœna fieri ***bey denen bloſſen Figuren***, ita ut in externis illis actionibus, fractione panis, diſtributione calicis, manducatione & bibitione, Deus immediate confirmet & obſignet fidem in credentibus. Ita enim ex *Catech. Palat. qv. 75.* F. A. LAMPE in *addit. ad* Jo. D'OUTREIN *gulden Kleinod, p. 600. & im Milch der Warheit, p. 217. 218.* docet: *Bey den brechen des Brodtes und mittheilen des Kelchs werde verſiegelt, daſs Chriſti Leib ſo gewis für mich am Creutz geopfert und gebrochen, und ſein Blut für mich vergoſſen ſey, ſo gewis ich mit Augen ſehe, daſs das Brodt des Herrn mir gebrochen, und der Kelch mir mitgetheilet wird.*

Item:

Item: *Bey den Eſſen und Trincken vverde verſiegelt, daſs Chriſtus ſelbſt meine Seele mit ſeinen gekreutzigten Leib und vergoſſenen Blut ſo gevvis zum evvigen Leben ſpeiſe und trancke, als ich aus der Hand des Dieners empfahe und leiblich genieſſe das Brodt und den Kelch des Herrn, vvelche mir als gevviſſe Warzeichen des Leibes und Blutes Chriſti gegeben vverden:* Tum vero *vverde auch bey den brechen des Brodts und mittheilen des Kelchs die Verſicherung von den Gnaden-Stande insgemein, bey den Eſſen und Trincken aber auch die beſtandige Bevvahrung und Vollendung deſſelben verſiegelt.* Ita quoque loquitur ANON. *Tigurinus p. 10. In dem und mit dem der Glaubige das heilige Brodt iſſet, und das heilige Tranck trincket, vvird durch die auſſerliche Gnaden-Zeichen ſein Glaube geſtarcket, daſs er glaube, ſo gevvis er dieſer Zeichen theilhafftig vverde, ſo gevvis habe Chriſtus mit ſeinen hingegebenen Leib und vergoſſenen Blut ihm Verzeihung der Sünden und evviges Leben ervvorben:* Et *p. 11 bey den auſſern Zeichen vvircke Gott in den Hertzen des Menſchen.* Unde manifeſtum eſt, quod Sacramentum Cœnæ pro mero ſigno ſignificativo habeant, in cujus adminiſtratione Deus immediate confirmet & obſignet fidem, ita, ut ipſum Sacram. prorſus non ſit cauſa organica, vel efficax medium, in ſpirituales effectus coinfluens eosque efficiens. Et quamvis dixerit Reformatus, *per* fractionem panis & diſtributionem calicis fidem obſignari, nihil tamen aliud vult, quam externas has actiones eſſe figuras res ſpirituales repræſentantes, quarum intuitu boni motus in nobis excitari poſſint, quemadmodum ex intuitu picturæ tale quid evenire ſolet.

(*) Diſp. hæc in germ. lingvam translata ſeparatim prodiit Frf. 1721.

§. XI.

Hos vero errores fundamentales ac ſaluti pernicioſos eſſe, quibus fidei fundamentum labefactetur, & æternæ damnationis reus fiat, qui eos moroſe defendit, quotiescunque S. Cœna utitur, recte ſtatuunt noſtrates. Cum vero dicimus, erroribus his fidei fundamentum labefactari, præmittimus, Artic. de *Sacra Cœna* non pertinere ad fundamentum fidem *generans*, ex quo fides primitus tanquam immediata cauſa generatur, quo pertinent articuli de univerſali gratia Dei & univerſali ſatisfactione

Chriſti;

Digitized by Google

Chriſti; ſed ad fundamentum fidem *conſervans, roborans* & *confirmans*. Conf. *Diſſ. noſtra inaug P. I.* §. 7. ubi hanc S. C. efficaciam pluribus aſſeruimus rationibus. Senſus ergo eſt, errores Reformatorum de S. Cœna evertere illud fundamentum, quo fides ſpesque ſalutis ſuſtentari, roborari & confirmari debet, ita ut, admiſſis erroribus Calvinianis, per Sacram Cœnam tanquam validiſſimum medium fidem nutantem ſuſtentare, roborare ac confirmare prorſus nequeas. Et hoc quidem vix ulteriore videtur probatione indigere. Jam præcedente §. vidimus, quod Reformati revera Sacramento meram ſignificandi vim tribuant, ideoque negent, S. Cœnam ipſum illud medium eſſe & cauſam organicam, per quam & mediante qua fides & gratia Dei in nobis obſignantur, cum hi ſpirituales effectus ſaltem obtingant *bey den euſſerlichen brechen des Brodtes und müttheilen des Kelchs*, ſc. per immediatam Dei operationem. Quid vero hoc aliud eſt, quam ipſi Sacramento vim & efficaciam detrahere ſpirituales effectus in homine producendi? Et porro, quid hoc aliud eſt, quam illud fundamentum, quod ad conſervandam firmandamque fidem à Deo ordinatum & inſtitutum eſt, ita enervare, ut ad hos fines promovendos ac producendos prorſus ſit inutile? Deinde, cum Reformati realem ac ſubſtantialem C. & S. C. præſentiam in S. C. inficiantur, nuda nobis relinqvunt ac vacua ſymbola, quod, ipſius Bezæ judicio in *Ep. V. p. 44.* eſt *Cœnam Domini evacuare*. Num vero nuda ac vacua ſymbola tantæ virtutis eſſe credis, quæ fracta, diſtributa & ſumta fidem tuam ſpemque ſalutis confirmare posſint? Ipſe panis non eſt cibus vivificus, ſed caro Chriſti cum pane diſtributa & ſumta mundo dat vitam. Ipſum vinum non habet virtutem purificandi nos, ſed ſangvis Chriſti cum vino diſtributus mundat nos ab omnibus peccatis. Jam ergo, ſi carnem Chriſti ejusque ſangvinem à Sacramento removeris, non habebis amplius cibum vivificum potumque purificantem, ipſumque proinde videbis fundamentum everſum, quo fides tua ac ſpes ſalutis erat confirmanda roborandaque. Diximus præterea, eos, qui realem ac ſubſtantialem præſentiam C. & S. C. in S. C. negant, reos fieri æternæ damnationis, quotiescunque Sacra Cœna utuntur.

Digitized by Google

tur. Hoc PAULUS docet *1. Cor. XI. 29. Qui edit & bibit indigne, judicium ſibi ipſi edit & bibit, non dijudicans corpus Domini*: Unde argumentamur: Qui non dijudicat vel diſcernit corpus Domini, is reus eſt æternæ damnationis, quotiescunq; S. C. utitur. Atqui Reformati non poſſunt dijudicare, vel diſcernere corpus Domini: Ergò. Nimirum, *dijudicare corpus Domini* eſt probe agnoſcere, quod in Sacra Cœna præſens ſit corpus Domini, ideoque Cœnæ hujus longe alia ſit ratio quàm cujuscunque vulgaris, ad quam proinde cum fide in Deum, cum timore ac tremore ſit accedendum. Hac vero ratione Reformati corpus Domini dijudicare nequeunt, quia præſentiam ejus non credunt.

§. XII.

Quid vero ad hæc PFAFFIUS? Fortasſis probe intelligit, negata præſentia C. & S. C. in S. C neceſſario fidei fundamentum corruere. Hinc in *Inſtitutt*, pariter *p. 741-753.* & *im nahern Entvvurff, p. 23. 24.* hoc ſaltem Lectori perſvadere annititur, quod Reformati hoc in Artic. à nobis plane non diſſentiant, totaq; proinde controverſia in meram abeat λογομαχίαν. Judicet jam Lector, qua veritatis ſpecie hæc dici posſint, & annon contrarium ex adductis recentisſimorum verbis ſatis clare eluceſcat. Ipſe PFAFFIUS in *Inſtitutt. p. 741.* mentem noſtram ita explicat: *Abſit itaq́, ut nuda tantum ſymbola hic exhibeantur, & ut corpus Chriſti ore tantum fidei accipiatur, cum ſymbola ſacramentaria per conſecrationem evadant corpus Chriſti, & cum eo juxta præſentiam divinam illocalem carni communicatam uniantur.* Longe vero aliam eſſe Reformatorum mentem ex adductis eorum verbis manifeſtum eſt. Equidem ANON. *Tigur. p. 11.* ſcribit: *Die Proteſtirende ſtimmen darin überein. daſs das Brodt ſey der vvahre Leib Chriſti, und der Wein ſein heiliges Blut ſacramentirlich*; ſed addit: *auf die Art und Weiſe, vvie Gott die heiligen Sacrament Altes und N. T. eingeſetzet, daſs ſie ſeyn ſichtbare und vvahre Zeichen der unſichtbaren Gnade.* Hic Sacramentorum Novi Teſt. eandem ait rationem eſſe, quæ fuit Sacramentorum V. T. Atqui in his ſubſtantiale corpus Chriſti actu & realiter non erat præſens, ſed ſaltem præfigurabatur. Ergo phraſis: *Panis & vinum ſunt corpus & ſangvis Chriſti ſacra-*

cramentaliter, ex mente Reformatorum nihil aliud ſignificat, quam *Panis & vinum ſignificant C. & S. C. ſunt figura C. & S. C.* Hæc qui conferet cum verbis PFAFFII, facile Reformatorum diſſenſum obſervabit. Deinde *p. 742.* de præſentiæ modo multa diſputat, iterum ut oſtendat, Reformatos nobiſcum conſentire. Sed quid opus eſt hiſce ambagibus, ubi verba adverſariorum contrarium teſtantur, *Im nähern Entvvurff p. 23.* ait: *So vvird man auch Reformirter Seits, vvenn nur das Wort recht erkläbret vvird, ſich nicht vvegern zu geſtehen, daſs der Sacramentirliche Leib Chriſti auch von den Unvvürdigen genoſſen vverde, obvvoln der Genus deſſelben zum Gericht geſchiehet.* Et ſane ANON. *Tigur. l. c. p. 11.* fatetur: *Daſs vvegen der Sacramentirlichen Vereinigung in dieſer Handlung beyde das Zeichen und Bezeichnete beyſammen ſeyn, und zugleich ausgeſpendet und genommen vverden.* Sed præterquam, quod hic auctor nullam indignorum faciat mentionem, ideoque ſine dubio de ſolis credentibus loquatur, qui ore corporis ſigna, ſive ſymbola euchariſtica, ore fidei autem ſignata, nempe C. & S. C. accipiant; jam ſatis conſtat, qualem Sacramentalem unionem intelligant Reformati, & quid illis ſit Sacramentale corpus Chriſti. Reſpice ſaltem verba *Tigurini* paulo ante adducta. Quando ergo, juxta PFAFFIUM, Reformati concedunt, *daſs der Sacramentirliche Leib Chriſti auch von den Unvvürdigen genoſſen vverde*, nihil aliud volunt, quam quod panis etiam ab indignis manducetur. An vero Lutherani non aliam ſtatuunt indignorum manducationem? Denique *im nähern Entvvurff, p. 24.* ex *Form. Conc. p. 755. 756.* verba adducit, quæ utriusque partis mentem hoc in articulo accurate exprimere putat: *der Leib und das Blut Chriſti in den heiligen Abendmahl vverden geiſtlicher Weiſe empfangen, gegeſſen und getruncken. Denn obvvol ſie mit den Munde empfangen vverden, ſo iſt doch die Art des Eſſens und Trinckens geiſtlich.* Sed ex hoc ipſo adducto *Form. Conc.* loco intelliget vir celeb. citatis verbis *ſpiritualem* manducationem & bibitionem non opponi *orali*, quæ fit ore corporis, ipſum ſubſtantiale corpus cum pane, ipſumque ſubſtantialem ſangvinem cum vino accipiente; ſed ſaltem *Capernaiticæ* & *naturali*, qua cibus dentibus laceratur, cum potu in ventriculum dejicitur, in ſuccum &

ſan-

ſangvinem vertitur &c. Et *ſpiritualem* ſaltem ideo vocat *Form. Concord.* quia Chriſtus in S.C. non eſt præſens per modum naturalis ſ. *animalis* corporis, ſed per modum corporis *ſpiritualis* ſ. glorificati, quod proinde ore quidem corporis accipi, ſed naturali & phyſico modo manducari nequit. Reformati vero oralem manducationem ſimpliciter damnant, & hanc unice ſpiritualem admittunt, quæ fit ſpiritu noſtro, ſive ore fidei, meritum Chriſti in uſu Sacræ Cœnæ ſibi applicantis. Quæ vero hic concordia, quis conſenſus?

§. XIII.

At ſpatii anguſtia vela contrahere jubet. Sufficiat itaque his paucis oſtendiſſe, quam infelici ſucceſſu PFAFFIUS hodie Reformatos à fundamentalibus erroribus abſolvere ſtudeat. Deum immortalem ſupplex veneror, velit viro huic eruditiſſimo mentis oculos aperire, ut intelligat, quantum offendiculum multis eccleſiæ noſtræ civibus, in fide non ſatis confirmatis, poſuerit, qui, hac ejus animi levitate offenſi, non poſſunt non ad *Indifferentiſmum* prolabi, quo tandem, agnito hoc peccato graviſſimo, ſeriaque acta pœnitentia, aliam mentem induere incipiat. Quod futurum ſperamus, ſi repetitis amicisque fratrum ſuorum monitis locum conceſſerit. Idem hic Deus benigniſſimus oculis gratiæ ſuæ reſpiciat dilectiſſimam patriam noſtram, hactenus publico Calvinianæ religionis exercitio non pollutam conturbatamque, eoque conſilia noſtra, eorum inprimis, quibus patriæ ſalus & religionis cura concredita eſt, dirigat omnia, ut hac felicitate provinciæ noſtræ in poſterum etiam fruantur. Ita ſinguli ſatisfacient voluntati divinæ 2. Cor. VI. 14-18. Tit. III. 10. 2. Joh. 10. 11. ſatisfacient Inſtrumento pacis Weſtphalicæ, (†) ſatisfacient officio ſuo Jeſ. XLIX. 22. 23. Matth. VII. 15. Removebunt ſcandala Exod. XXIII. 33. Matth. XVIII. 7. Ita florebit patria Pſ. CXXXIII. 1-3.

(†) Artic. VII. §. 1. *Unanimi quoque Cæſareæ Majeſtatis, omniumque Ordinum Imperii conſenſu, placuit, ut, quicquid juris aut beneficii cum omnes aliæ conſtitutiones imperii, tum pax religionis & publica hæc tranſactio, in eaque deciſio gravaminum, cæteris catholicis & Auguſtanæ Confeſſioni addictis Statibus & ſub-*

ſubditis tribuunt, *id etiam iis*, *qui inter illos Reformati vocantur*, *competere debeat.* Salvis tamen ſemper Statuum, qui Proteſtantes nuncupantur, inter ſe & cum ſubditis ſuis conventis pactis, privilegiis, reverſalibus & diſpoſitionibus aliis, quibus de Religione ejusque exercitio & inde dependentibus, cujusque loci Statibus & ſubditis hucusque proviſum eſt, *ſalva itidem cujusque conſcientiæ libertate. Quoniam vero controverſiæ religionis, quæ inter modo dictos Proteſtantes vertuntur, hactenus non fuerunt compoſitæ, ſed ulteriori compoſitioni reſervatæ ſunt, adeoque illi duas partes conſtituunt, ideo de jure reformandi inter utramq; ita conventum eſt, ut, ſi aliquis Princeps, vel alius territorii Dominus, vel alius eccleſiæ Patronus, poſthac ad alterius partis ſacra tranſierit, aut Principatum aut ditionem, ubi alterius partis ſacra exercitio publico de præſente vigent, ſeu jure ſucceſſionis, ſeu vigore præſentis tractatus pacis, alioue quocunque titulo nactus fuerit aut recuperarit, ipſi quidem concionatores aulicos ſuæ confeſſionis, citra ſubditorum onus aut præjudicium, ſecum atque in reſidentia ſua habere liceat;* at fas ei non ſit, vel publicum religionis exercitium, leges aut conſtitutiones eccleſiaſticas, hactenus ibi receptas, immutare, vel templa, ſcholas, hoſpitalia aut eo pertinentes reditus, penſiones, ſtipendia, prioribus adimere, ſuorumque ſacrorum hominibus applicare, vel juris territorialis, Epiſcopalis, Patronatus, aliove quocunque prætextu, ſubditis miniſtros alterius confeſſionis obtrudere, ullumve aliud impedimentum aut præjudicium directe vel indirecte alterius ſacris afferre. *Et ut hæc conventio eo firmius obſervetur, liceat hoc mutationis caſu ipſis communitatibus præſentare, vel, quæ præſentandi jus non habent, nominare idoneos ſcholarum & eccleſiarum miniſtros, à publico loci Conſiſtorio & Miniſterio, ſi ejusdem cum præſentantibus vel nominantibus communitatibus ſint religionis, vel, hoc deficiente, eo loco, quem ipſæ communitates elegerint, examinandos & ordinandos, atque à Principe vel Domino poſtea ſine recuſatione confirmandos. §. 2. Si vero aliqua communitas, eveniente mutationis caſu, Domini ſui religionem amplexa, petierit ſuo ſumtu exercitium, cui Princeps vel Dominus addictus eſt, liberum eſto, ſine reliquorum præjudicio, ei illud indulgere, à ſucceſſoribus non auferendum.* At Conſiſtoriales, ſacrorum viſitatores, Profeſſores Scholarum & Academiarum Theologiæ & Philoſophiæ, nonniſi eidem religioni addicti ſint, quæ hoc tempore quolibet in loco publice recepta eſt.

Artic. X. §. 16. *De cætero* (Sereniſſima REGINA & futuri Reges regnumque Sveciæ) *ordinibus & ſubditis dictarum ditionum* (hoc pacis inſtrumento in Imperio Rom. Germ Sveciæ regno conceſſarum) *locorumque*, *nominatim Stralſundenſibus*, *competentem eorum libertatem*, *bona*, *jura* & privilegia communia & peculiaria *legitime acquiſita*, *vel longo uſu obtenta*, *cum libero evangelicæ religionis exercitio*, *juxta invariatam Auguſt. Confeſſionem perpetim fruendo, circa homagii renovationem & præſtationem, more ſolito confirmabunt.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

S. D. G.